1 Septimo videndū est de stupro quod est alia species fornicatiōis quod cōmittitur cum soluta muliere honeste viuēte. l. inter liberas. et. l. stuprū. ff. de adult. et. §. item lex iulia. insti. de publi. iudic. ¶ Quero igit nūc que est pena istius criminis. dic quod in foro conscientie clericus olim deponebatur de iure antiquo: vt. lxxxiij. distinctione presbyter. quod erat secundū canones apostolorum: idem seruabatur in simplici fornicatione: vt latius infra dicetur. hodie vero imponitur sibi penitentia decem annorum cum illis ieiunijs disciplinis et penitentijs de quibus in dicto. c. presbyter. Laicus autem habet penitentiam septem annorum. xxvij. questiōe prima. deuotam. et xxxij. questio. ij. hoc ipsum vbi dicitur: quod clerici etiam hodie non excedunt metā septem annorum in penitentia predicta. In foro autem contentioso de iure canonico: dic quod clericus pro isto crimine deponitur. ita tenet Panormitanus in. c. at si clerici de iudi. et in dicto. c. vt clericorum.

de vita et honestate clericorum. et in.c.peruenit. in fi. de adulte. vbi in effectu concludit quod clericus in sacris solum euadit penam depositionis quando committit simplicem fornicationem cum muliere soluta et impudica concubina seu meretrice tunc non infertur illi alia pena quam suspensionis: vt ibi plenius per 3 Abb. pro alijs vero criminibus carnalibus excepta solum hac simplici fornicatione est pena depositionis. vt habet. lxxxiiij. presbyter. ij. q. vlulator. lxxxj. distinctione maximianus: quam ius etiam pro ista simplici fornicatione continuata a qua clericus si post primam vel secundam monitionem non diuertit poterit deponi atque priuari. vt in.c. ex parte adde de testibus. et in.c. cum super. de cohabi. cleri. et mulie. Si vero ista fornicatio non esset amplius simplex: sed haberet adiunctam aliquam qualitatem seu accidens puta adulterij stupri incestus et similium: tunc esset pena depositionis. ita dicit Abb. in.d.c. at si clerici. in. xiij. colum. et in.d.c. peruenit. idem etiam 4 tenere videtur Joannes de Imola in.d.c. vt clericorum. vt refert Joan. de ana. in rub. et in.c. significauit. de adult. Cum tamen ista sit communis opinio quod pro stupro fiat depositio a qua in decisiuis non esset recedendum: vt supra dixi. tamen si quis vellet tenere contrariam opinionem facile posset per ea que supra proxime diximus 2 in precedenti q. † Et dicit etiam Abb. in dicto.c. vt clericorum. quod pro stupro in virgine commisso iudex ecclesiasticus poterit imponere penam pecuniariam clerico 5 arbitrio suo vltra alias penas spirituales quando ille non sufficeret quia illas non timeret quas penas si non solueret luet in corpus. arg. l. j. §. fi. ff. de pen. et non sufficit solum dotare mulierem stupratam quia vltra dotem tenetur etiam soluere pecuniariam aut corporalem penam. ita dicit Abb. in dicto.c. peruenit de adulterijs. † Laicus autem de iure canonico si virginem defloraui tenetur illam dotare et in vxorem ducere si non erat vxoratus et his duabus penis copulatiue punitur: si vero nollet aut non posset propter aliquod impedimentum illam ducere in vxorem vltra penam dotis constitute tenetur alia pena pecuniaria siue extraordinaria arbitrio iudicis. vt dicitur in.d.c. j. et.c. peruenit: de adulte. et ibi Abb. si vero cum vidua honeste viuente stuprum commiserit punietur pena pecuniaria arbitrio iudicis iuxta qualitatem facti et personarum conditionem.d.c. j. de adulte. vbi latius per d. Abb. et idem Abb. in.d.c. vt clericorum. in. xij. colum. et idem Abb. in.c. licet. de pen. † De iure autem ciuili pro stupro commisso cum muliere libera et honeste conditionis et fame: si vir sit honeste conditionis aut in dignitate constitutus dimidie partis bonorum suorum confiscatione et relegatione temporali arbitrio iudicis punitur: si vero sit vilis persona fustigatur et nihilominus in exilium mittitur: vt supra. ita dicit textus expresse in. §. item lex iulia instit. de pub. iud. et ista est pena regularis que tamen fallit in pluribus casibus in quibus alia pena imponitur. † Et primo quando mulier non esset libera sed serua: quia tunc da-

tur domino actio legis aquilie et iniuriarum aut de seruo corrupto. l. inter liberas. et ibi Barto. ff. de adult. l. fin. ff. de offi. presi. et l. pe
6 nulti. C. de ser. corrup. ¶ †Secundo fallit licet sit mulier libera: tamen si est famula aut alias vilis conditionis existens in caupona hospitije: aut alijs similibus abiectis locis habenti rem carnalem cum mulieribus vilis conditionis nō imponitur ista pena: sed tenetur actione iniuriarum ppter vilitatem persone. l. que adulteriū. et ibi glos. et Bartol. C. de adult. et Bartol. in dicta. l. inter liberas.
7 ¶ †Tertio fallit in concubina retenta in domo et indubitato affectu: quia licet cum illa habere concubitum de iure ciuili absq; aliqua pena. l. ij. C. de concubi. et no. glo. in. l. stuprum. et in. l. inter liberas. et ibi glo. et Bart. ff. de adult.
8 ¶ †Quarto etiam fallit in publica meretrice vel in alia muliere impudica q̄ plures admittere solet ad eius amplexus licet secrete agat. quia non dicitur honeste viuere prout reqrit illa lex iulia de adulterijs. capite quinto. dicto. §. item lex iulia. et ibi Joan. fabri et p Bar. i. l. iij. ff. de cōdi. ob tur. cau. vbi cōcludunt doc. predicti quod tunc mulier ipsa perdit nomen et
9 famam honeste matrone. ¶ †Cōtra hec oppo. de. l. stuprum. ff. de rit. nupt. vbi dr̄ q̄d stuprū cōmittit ēt cū mulierib9 q̄ turpiter viuunt et pluribus questū accipiūt: dūmodo id nō palam faciāt sol. non negatur quin cum mulieribus ipsis stuprum committitur: quia mulier soluta est et libera p sona: sed delictū non est punibile cum eis factū de iure ciuili propter inhonestam vitam licet nō sint publice meretrices: tamen ex quo plures fornicantes admittunt et personā suā pluribus exponunt dico quod accessus ad illas est impunibilis: quia non dicunt honeste viuere: vt requirunt iura in dicta. l. inter liberos. et. l. stuprū.
10 ¶ †De iure tamen canonico omnis coit9 preter q̄ vxori9 siue matrimonialis est reprobatus et punibilis. xxij. q. secunda. nemo. et
11 c. meretrices. ¶ †Fallit etiam et quinto regula predicta quando quis haberet coitum cum virgine impubere minore. xij. annis nōdum viri potente: quia humiliores in metallum damnantur: honestiores vero insulam deportantur. l. si quis aliquid. §. nondum ff de penis. quod nota hodie ista pena non inuenitur correpta neq; immutata. ita dicunt doct. in. d. §. itē lex iulia. vbi glo. tāgit.
12 ¶ †Sexto etiam fallit dicta regula in tutore qui pupillam cuius tutelam gessit stuprauit: qr tutor deportatur et omnia ei9 bona publicantur. l. prima. C. si quis eā cui. tut. gest. stup. ratio est: qr tutor datur loco patris persone pncipaliter ad illam nutriendum: et bonis ac honestis morib9 istruēdum: non autem ad stuprandū. l. ij. ff. de admini. tut. et instit. eo. ti. in princip. et de tutel. in princip.
13 ¶ Septio et vltimo fallit in muliere nobilis familie que seruo p prio se carnaliter cōmiscuit. quia mulier punitur pena capitis: seruus aūt igne peribit. l. prima. C. de mulie. que ser. propri. se iunxe.

¶ Summarium.

1 Coitus contra naturam tripliciter consideratur.

2 Pena coitus cōtra naturā equaliter in omni statu imponitur.
3 Clericus pro pctō cōtra naturaʒ perpetuo infamatur.
4 Peccatum contra naturam ꝙ sit abhominabile.

1 
Ctauo quero qd de coitu habito ꝯtra naturā: dicꝙ istud est triplex. quoddā em̄ est ꝙ fit ꝯ naturā humane societatis ⁊ illud est qđ fit cuꝫ ꝓpria matre vel filia de quo dictum est. ſ. eo. tit. q. j. Aliud est qđ fit cōtra naturā sexus humani ꝙ est quādo fit cū masculo vt. l. cum vir. C. de adul. Aliud est quod fit cōtra naturā gn̄is humani ⁊ illđ est qđ fit cum brutis. c. vt clericorum. de vi. ⁊ honest. cleri. in pꝛin. vide q̄ diximus. ſ. eo. titu. d. q. ij. ⁊ habetur in. c. clerici. de excess. ꝓlat. xxxij. q. vij. adulterij. ⁊. c. flagitia. ⁊. xxxij. q. ij. c. hoc ipsum. in fi. d. l. cum vir. ⁊. l. fedissimam. C. de adul. Pro isto em̄ crimine de iure canonico. s. antiquo ⁊ in foro cōscietā in clerico ꝙ in laico pena est parificata. iniungit̄ penitētia tēporalis vltra septennium arbitrio sacerdotis vt extra gremiū ecclesie ⁊ cōionē fideliū vltra illud septenniū tādiu commoret̄ donec de crimine ipso congruā egerit penitētiā arbitrio sacerdotis nunꝙ se in diuinis commiscē do. vt dicto. c. hoc ipsum. Sꝫ de iure canonico in foro contentioso in clerico erit ꝑpetua depositio ab altaris ministerio ab omni ordine sacro ac omniū beneficiorum ⁊ officiorū perpetua priuatio vt est casus in. d. c. vt clericorū. in pꝛincipio. de vit. ⁊ honesta. clerí. ⁊ ibi Abb. ⁊. c. clerici. de excess. ꝓlat. si vero sit laicus excommunicatur ⁊ a cetu fideluꝫ omnino expellitur dicto. c. clerici. in fi.

4 De iure autem ciuili ꝓ isto crimine est pena capitis. l. cū vir. C. de adulte. contra quod crimē ⁊ ei⁹ reos Imperator in dicta. l. cū vir multum fortiter exclamat atꝙ irascit̄ propter eius summaꝫ turpitudinem dicēs iubemus insurgere leges armari iura gladio cōtra huiusmodi facinorosos homines qui audēt peruertere ordinē nature: ⁊ est adeo turpe scelus quod non proficit scire ⁊ nefas quodammodo loqͥ de ipso: ꝓpter quod dicit Pōtifex quod venit fames terremotus ⁊ pestilētie: ⁊ primum ira Dei in filios diffidentie. vide tex. in. d. c. vt clericorum. de vi. ⁊ hon. cle. ⁊. xxxij. q. vij. adulterij malū. c. flagitia. ⁊. c. offerebat Roth. ⁊. c. clerici de excess. prelat.

Summarium.

1 Fornicatio simplex qualiter puniatur.
2 Nomē istud fornicatio est nomē generis comprehendēs omnes species coitus illiciti.
3 Fornicatio simplex qualiter ī clericis puniri dicatur.
4 Coitus meretrici⁹ de iure ciuili ꝑmitit̄ tāꝙ omnino impunibilis.
5 Coiēs cum meretrice agnata penam incestus incurrit.
6 Cōcubina qb⁹ casib⁹ dicat̄ lītima vt illi⁹ filius succedāt pr̄i ab īcesta.

1 
Ono q̄ro quid de simplici fornicatione hita cū muliere soluta ⁊ impudica aut cū publica meretriceq publice extat parata: qua pena hmōi cris

re9 punit.dic q de iu.cañ.in foro
ɔſcie pp vitiũ icõtinẽtie illa ſeptẽ
nali.pniavel forſan mioris ſacer
dotis arbitrio ſubijcit.xxxij.q.ij.
hoc ipm.xxij.q.j.pdicãdũ.ꝛ.xxx.
q.vij.c.adulterij.xxxij.q.iiij.c. me
retrices.ꝛ.xxxvij.q.j. lex illa.(vbi
tex.enũerat qnq; ſpẽs cris carna
lis coitus q̃ fiũt cũ mulieribus na
turaliter.vbi dr qd lʒ ſm q̃rũdaʒ
2 opiñ.ꝛ hoc.nomẽ fornicatio ſit
nomẽ gñis ɔphendẽs ſub ſe oẽs
ſpẽs illicitu coit9 de qb9.ſ.ꝛ tũc
dr poni vt gen9 ɔphẽdens ſub ſe
oẽs ſpẽs pdictas.xxij.q.iiij.c. me
retrices.ꝛ.c.ſe.ꝛ.xxx.q.ij.hoc ipʒ.
xxv.ſi.Qñq; idẽ nomẽ fornicatio
ponit vt ſpẽs qua ɔtinet coit9 ha
bit9 p vir ſolutũ cũ mlĩere ſoluta
ꝛ impudica aut cũ publ.meretri
ce.ita dr. text.in.d.c. meretrices.
3 xxxij.q.iiij.¶ †De iu.aũt cañ.i fo-
ro ɔtẽtioſo oli erat pẽa depõnis
ꝛ priuationis in clerico.S2.diſt.
pſbyter.hodie tñ ẽ minor.ſ.ſuſpẽ
ſiõis aut pecuniaria vt hic arbi-
traria:ꝛ p Abb.i.d.c. vt clericoꝝ.
in.xij.col.d vi.ꝛ hone.cle.Hec eñ
q̃ diximus hñt locũ i clerico. laic9
vo alr punit arbitrio iudicis qñ
q; pena pecuniaria:qñq; alia: vt.
4 d.c.Abb.i.d.c.vt clericoꝝ.¶ †De
iure vo ciuili iſte coit9 meretri-
cis:vel alteri9 mulieris ipudice ẽ
pmiſſus ꝛ penit9 ipunibilis:vt.l.
j.ꝛ.C.de ɔcubi.ꝛ p Bar.i.l.verũ.
ff.de fur.ꝛ idẽ bar.i.l.ij.in pn. ff.
5 de ɔd.ob tur.cau.†Sʒ añq̃ ad vl
teriora pcedã nõ obmittã nota.
vbũ qd dixit Sal.i.l.q̃ adulteriũ:
C.de adul.qd ſi q̃s fornicat9 fue-
rit cũ meretrice q̃ erat agnata ip
ſius viri coeũtis icurrit penã in-
ceſt9 ipſe vir ſi ſciẽter ɔmiſcuit ſe
cũ illa.Sec9 aũt ſi ignorabat illã

eſſe ei9 ɔſanguineaʒ:qr iſto caſu
nõ punit etiã de iceſtu.ita tʒ Sa
li.in.d.l.q̃ adulteriũ.ꝛ rõ ẽ: qr vir
nõ dabat operã rei illicite:ſed p
miſſe.d.l.vex.i fi.ꝛ ibi Bar.ff.de
fur.ꝛ Bar i.d.l.ij.i pn.ff.de ɔdi.
ob tur.cau.ꝛ.l.gracc9.C.de adul.
iõ iſto caſu attẽdit poti9 illud qd
erat i opiniõe q̃ illud qd ẽ i vita
te.l.j.§.diu9.ꝛ.l.diuus.ꝛ.l.in lege
cornelia.ff.ad leg.cor.de ſica. qñ
vo a pricipio dabat operã rei illi
cite:tunc ſuccedit ꝛ viget alia rla
ɔtia de q̃ p Bar.in.l.ſi adulteriũ
cũ iceſtu.ff.de adul.q plus valet
illd qd eſt in vitate q̃ illd qd erat
in opiniõe de q̃ late diximus.ſ.ti.
proxio.q.xj.i materia pocui labo-
rionis ꝛ amatoꝝ: hec tñ pcedũt
de iure ciuili,q̃ meretricis.ꝛ ɔcu-
bine coit9 ẽ ipunibil vt.ſ.ſʒ de
iure cañ.q̃ ois ɔcubit9 pter q̃ vxo
ri9 dr ẽẽ dñnat9.xxxij.q.iiij.c.me-
retrices.putarẽ hre locũ ſcdã in
rlaʒ de q̃.ſ.ꝛ q ignorãtia nõ de-
beret ipm excuſare attẽdo qd da-
bat operã rei illicite ꝛ dãnabili.
d.c.meretrices pq̃ facit doctrina
Bar.in.d.l.ſi adulteriũ cũ iceſtu
ꝛ qd hr i.c.ſi.de homici.li.vj.nec
excuſat pp turpitudinẽ vite ipſi9
mulieris:qr turpitudo illa verũ
qd excuſat virũ a pena adulterij vl
ſtupri:nõ aũt a pena iceſt9 q̃ ifert
rõne ſanguinis:qr p turpitudinẽ
vite illi9 iura ſanguis nõ tollũt:ita
6 dr ipſe ibi que vide ꝛ no. ¶ †Et
ad ea q̃ diximus.ſ.de ɔcubina re-
tẽta i domo:nota qd vt aliqua di
cat legitima cõcubina q̃ retineri
poſſit impune de iure ciuili:ꝛ cui9
filij dicant veri naturales:ꝛ ſucce
dãt pri i illis duab9 vnciis ab in
teſtato:vt in aut.qb mo.na.effi.
ſui.in pn.ꝛ i fi.pl'a requirunt de qb9

p.v.Jo.de ana.i ru.extra.de adul: i.ij. col.

Summarium.

1 Rapt9 mulier ab vtroq; iure detestat, & grauissimũ crimẽ reputat.
2 Raptores mulierum quibus penis adiudicentur.
3 Raptui interuenientes eque cum raptore puniuntur.
4 Soci9 differt a sequace & ecõtra.
5 Associãs criminosum licet nihil agat nihilominus tenetur.
6 Receptator mul. rapte q̃lr pũiat.
7 Filij aut parẽtes mulieris rapte an ipune possint raptorẽ occidere.
8 Iniuria vni de familia illata censetur toti familie facta.
9 Dispõ legis vnice. C. de rap. vir. an locum habeat in rapiẽte masculum libidinis causa.
10 Jura pmittũt ↄsanguineo ↄsãguineũ defẽdere & ipune ppugnare.
11 Associãtes raptorẽ post raptum cõmissum qua pena teneantur.
12 Prestãs opem malefactori post factũ min9 pũit q̃ scõ iteruenies.
13 Auxiliũ & fauorẽ malefactori p̃stantes diuersimode cõsiderant.
14 Cõsulens vel psuadẽs malũ qua pena teneantur.
15 Statutũ puniens auxiliũ & opem maleficio prestantes an includat consulentes.
16 Dictio q̃si est nota iproprietatis.
17 Verbum videt quid importet.
18 Statutũ puniẽs auxilium p̃stantes malefactorib9 q̃s cõp̃hẽdat.
19 Consulenti an facto non secuto pena imponatur.
20 Crimẽ manifestum grauius punitur q̃ occultum.
21 Cõsulens malefactorẽ assuetum qui nihilominus etiã absq; cõsilio male fecisset an penã icurrat.
22 Argumẽtũ cõtra legẽ nõ pcedit.
23 Persuasio põt tã in bonam q̃ in malam partem sumi.
24 Persuadẽs crimen an liberetur reuocatione si sequatur effect9.
25 Opem vel fauorem actui prebere qualiter quis dicatur.
26 Opem vel fauorem p̃bens alicui actui dupl'r consideratur.
27 Opẽ alicui actui scienter p̃bens tenetur etiã actu nõ cõsummato.
28 Opem actui malo cõcomitãter prebens tenetur.
29 Opẽ p̃stãs post cõmissum maleficiũ diuersimode cõsideratur.
30 Incarcerati omnimoda defẽsio permittitur.
31 Aduocatus ẽt sciẽter cũ excõicato cõicãs an icidat excõicationẽ.
32 Cõciliũ ad finẽ licitum tẽdẽs nõ reprobat qualitercũq; etiã fiat.
33 Supplicatio nõ pcedit p dãnato in crimine lese maiestatis.
34 Dispõ legis vnice. C. de nili agge. nõ rũpen. quo casu locũ nõ hẽat.
35 Statutũ de nõ p̃stãdo opẽ banni tis nõ includit eos q̃ charitatiue &c. hoc faciunt.
36 Pena opẽ p̃stãtib9 adiudicata qualr sint cõmẽsuranda.
37 Pluriũ opẽ prestantium an pena esse debeat vniformis.
38 Rapiẽs v̇ginẽ vl viduã vl nuptã de domo p̃ris quã penã icurrit.
39 Rapiẽs seruã aut libertinã alterius capitis pena punitur.
40 Sponsus suã spõsam rapiens an veniat puniendus.
41 Mulier rapiens virũ an puniat pena legis de raptu.
42 Vir rapiẽs aliũ virum cã libidinis qualiter puniatur.
43 Consensus parẽtum an debeat nuptiis filie interuenire.
44 Puella an possit nubere raptori ei9 de parẽtũ cõsensu.

45 Pena rapt⁹ an p̄cedat p̄ mere-
trice aut pluriū cōcubina rapta.
46 Rapientes ⁊ vi meretrices etiā
publicas detinentes tenent̃ actio
ne iniuriarum.
47 Meretrix penitens an rapi di-
catur.

1 Decimo † nunc viden-
dum est de raptu mu-
lieris quod quidē est
graue ⁊ longe detesta
bile crimen ⁊ iura ma
xime ciuilia ipsum vehementer
abhorrent quod patet ex atrocio
ribus penis que contra raptores
ipsos eorūq; cōplices ⁊ sequaces
iura statuerunt vt.l.vnica.C.de
raptu.virg.vbi ptz quod nedum
puniunt̃ raptores monialium sa-
cratarum verum etiam virginū
laicarum nuptarū ⁊ viduarū hone
ste viuentiū ac etiam spōsarum mu-
lierū.ita qđ non liceat ipsi sponso
propriam sponsam ex domo parē
tum rapere seu violenter abstra-
here ⁊ ad eius domū adducere.⁊
quid de viro rapiente vxorem p̄
priam cū qua contraxerat ⁊ con-
summauerat matrimoniū an pu-
niatur penis de quib⁹ in.d.l.vni-
ca:⁊ quid de eo qui rapuit mere-
tricē causa libidinis aut cōcubi-
nam seu aliā impudicā mulierem
an comprehēdatur in.l.predicta
vt illis penis subijciatur vel alijs
⁊ quib⁹. ¶ Pono igit̃ primo ca-
sum qđ Tici⁹ armatus et associa-
tus Meuio Baio ⁊ Sempronio
ingressus fuit in monasterio san-
cte Catharine ex quo violenter
vna cum socijs predictis rapuit
quandam venerabilem monialē
professam sororem Luciā nuncu-
patam quam sic raptam ex dicto
monasterio extraxerūt illāq; du-
xerunt ad domum Pamphili et
dum ipsam monialem raptā ad-
ducerent in itinere occurrerunt
Tyberio Fabio et Pompeo qui
similiter prestiterunt opem et au-
xilium prefato Ticio ⁊ illius so-
cijs ad perducendum ipsam mo-
nialem ad domū supradicti Pā-
2 phili. ¶ † Querit̃ modo nūquid
omnes isti sint pariter puniendi ⁊
quibus penis. Respōd. quod ipse
Ticius vna cum Meuio Baio et
Sempronio socijs in raptu pluri
bus penis subijciuntur et primo
quod si in flagranti crimine fue-
rint a parentibus consanguineis
tutorib⁹ curatorib⁹ dn̄is vel pa-
tronis rapte mulieris deprehensi
possunt impune interfici et vltra
hec capite puniūtur:⁊ omnia eo-
rū bona publicant̃ ⁊ applicantur
dicto monasterio ex quo monia-
lis rapta reperit̃ vel in quo p̄fessa
3 erat.l.vnica.C.de raptu virg. † q̄
bus penis nedū ipse ⁊ eius princi
palis vex etiā Meuius Baius ⁊
Sēproni⁹ eius socij ⁊ adheren-
tes q̄ in ipso rapto interuenerunt
⁊ dcō Ticio opē ⁊ auxiliū prestite
runt puniūtur ⁊ perpetua omnes
notantur infamia.d.l.vnica.vn-
de Bal.in.d.l.vnica.sup isto ver
4 bo dicit. † nota qđ dr̄a est inter
sociū ⁊ sequacē quia socius est il-
le qui principaliter vadit ad ma-
leficium pp̄ se ⁊ sic pro interesse
suo. Sequax vero est ille q̄ vadit
pp̄ aliū ⁊ pro alteri⁹ interesse vt
habet̃ in Cle.j.de pen.vbi est glo.
not.que declarat q̄s sit socius q̄s
sequax:⁊ quis ille qui dat consi-
lium auxilium vel fauorem et q̄s
illorum dr̄ graui⁹ delinquere ⁊ ma-
iori pena dignus existat. ¶ Item
nota s̄m eundem Bal.ibi quod

eoipso qd quis associat aliquem ad actū aliquē videt sibi dare au- 7 xilium absq eo quod aliquid faciat in eius fauorem quod est verū dicit ipse de auxilio fauoris nō de auxilio facti qui nihil fecit nam p hoc ille qui associat propter associantis psētiam fit audacior et 8 eius aduersari9 efficit timidior.

5 ¶ †Ex quo infertur quod si Gaius armatus associauit Ticiū ad insultandum vel occidendū aliquem licet ipse Gai9 nihil fecerit sed solū institit ibi psens armat9 dicit dedisse auxiliū z fauorem dictio Ticio ratione predicta quia ex ipsius psētia Ticius insultans fit audacior: insultatus vero efficitur timidior. z hoc tenet Bald. in.l.raptores.in.ij.col.C.de epis. z cler. z Sali.in.d.l.vnica.C.de raptu virgi. Adde Sozi.in consilio 157.incipiēte consultatio ver.iij. 9 ostendit in.ij.parte fo.x).vbi hoc

6 idem tenet. ¶ †Sequitur in Themate quod Ticius cū socijs monialem raptam in domo Pamphili introduxerunt et ibi illam tenuerūt quero qua pena puniatur iste Pamphil9: qui raptores ipsos cum moniali scienter receptauit: dic q pena capitis duntaxat punitur absq bonorū publicatione vt.d.l.vnica.§.penas autē. vbi dicit quod illi dūtaxat qui raptui interfuerunt z principali raptori astiterunt illis tribus penis puniuntur.s.pena capitis perpetue infamie z oim bonorū ɔfiscatiōis siue publicationis: z istos oēs poterunt a parentibus cōsanguineis tutorib9 z curatorib9 a dnis vel patronis mulieris rapta spune occidi si in illo flagranti fuerint dephēsi. z dicūt Bal. z Sali. in.d.l.vnica qd hec facultas siue licētia occidēdi dr ɔcessa etiā filijs z nepotibus mulieris rapte lz text. illos non exprimat z hec virtute eiusdē vel maioris rōnis que viget in filijs z nepotibus q in alijs cōsanguineis et agnatis.

¶ Ex quo dcō notāt ibi Bald. z Sali. qd iniuria facta vni de domo vel de familia censetur esse facta toti familie vel consanguinitati: vnusqsq poterit iniuriā suā vindicari z io isto casu null9 de consanguinitate poterit ess. testis in hmōi causis: hoc tñ intellige vbi esset cōsuetudo qd oēs de familia siue de consanguinitate reuocare soleant ad animum suū iniuriam factā cōsanguineo vel alteri de familia fm Cy.in.d.l.vnica.p quo facit text.in.l.s.C.si rector puinc. zc. z.C.si quacun. predi.potesta. l.s. ¶ †Ex hoc etiam nota fm Salic.ibi dū queritur an facultas illa occidendi psita cōcedat illis psonis de qbus ibi ɔ raptores masculos qui rapiunt masculi cā libidinis z cōcludit qd nō nec pene illi9 legis inferunt ɔ ipsos Bal. tñ ibi tenet cōtrarium quod illa lex z illius pene habeant locum etiam contra rapientes masculū z dicit esse casuz ibi indicta.l.vnica.in fin.sed textus ille hoc non probat: dū enim loquitur de masculis z feminis eisdem penis puniendis: loquitur de his qui associarunt siue dederunt auxilium raptori: z sic de personis delinquentibus: non autem de illo qui passus fuit rapinam: et ideo puto opi. Salice. et sequacium esse veriorem maxime: quia lex illa est multum exorbitans z odiosa: vt dicit ibi Salice. bene verum

est q̄ non solum parentibus ꝛ cō
sanguineis verum etiam et amini
cis licet huiusmodi violentie ꝛ ra
pine resistere: et ipsos violentos
raptores etiam armis propulsa
re atq; abijcere cū moderamine
tamē inculpate tutele: vt dicit ibi
10 glos. in. d. l. vnica. ¶ † Per cuius
doctrinā decidit alia questio val
de notabilis. Quod quotienscunq;
aliquis esset insultatus a pluri
bus quod parentes et consangui
nei ipsius insultati: et omnes qui
sunt de illius familia poterunt li
cite et impune insultātibus ipsis
resistere et illos propulsare etiam
cum armis ꝛ si quem offenderint
vel occiderint in tali propulsatio
ne: et resistentia non tenentur de
homicidio nec alia pena dum
modo id fecerint cum modera
mine inculpate tutele: q2 iura per
mittunt cōsanguineo consangui
neum suū defendere. ita dicit Sa
licet. i. dicta. l. vnica. vbi dicit q̄d
istud etiam tenet gl. ibi ꝛ glo. in. l.
11 vt vim. ff. de iust. ꝛ iure. ¶ † Sequi
tur nunc videndum quibus pe
nis puniuntur Tyberius Fabius
ꝛ Pompeius qui ticinm raptorē
ꝛ socios post commissum facinus
associarunt ad domū supradicti
Pamphi. i. ꝛ breuiter dicas quod
isti puniuntur pena capitis dun
taxat absq; bonorum publicatio
ne, vel infamia: dicta. l. vnica. §. pe
nas. ¶ Et nota quod isti non pos
sunt a parentibus ꝛ ɔsanguineis
mulieris ꝛ alijs personis de qui
bus ibi impune interfici vel offen
di sicut alij ex quo non dicuntur
comperti in flagranti crimine:
quia isti post commissum crimen
12 interuenerunt. ¶ † Ex quo dicto
nota hoc vnū q̄d est summe notā
dum quod hi qui prestiterunt au
xilium ꝛ fauorē malefactori post
commissum crimen associādo il
lum ꝛ illi fauendo eundemq; de
fendēdo mitius puniuntur: quā
illi qui delicto siue homicidio in
terfuerūt: lz nihil fecerint. hoc ꝓ
batur in dicta. l. vnica, secundum
quod illam declarat Bald. ibi. ꝛ
Ba d. in dicta. l. raptores. C. de
episco. ꝛ cleri. ꝛ Salice. in dicta. l.
vnica. in ver. ceteros. in. xi. parte
sui commenti in. iij. columna in
princ. hoc idem expresse dicit: qui
bus adde. d. Sozin. in cōsil. clvij.
incipiente cōsultatio ista. ver. iij.
ostenditur. in secunda parte fol.
xi. vbi hoc idē tenet. quod an sit
verum: simpliciter patebit ex in
13 fra dicendis. ¶ † Illorum enim q̄
prestāt auxilium ꝛ fauorē princi
pali malefactori plures sunt spe
cies: secundum quod notat gloss.
in Clem. i. de penis ꝛ supra alias
tetigi verbum eadem. q. quorum
quidam dicunt socij ipsius prin
cipalis qui principaliter vadunt
propter se. quidam alij dicuntur
adherentes et sequaces qui ve
niunt propter alium ꝛ ꝓ alterius
interesse quidā sunt persuasores
ꝛ cōsultores qui persuasionibus
ꝛ consilijs suis animum ꝛ auda
ciam prestant principali malefa
ctori ad dictum maleficium per
petrandum: quidam alij dicūtur
mandatores qui hoc mandāt ex
presse: vt fiat maleficium: ꝛ hi oēs
sunt diuersi: diuersisq; penis pu
niuntur. videamus igitur de quo
libet: et vt seruemus ordinem na
ture videbimus primo de his
que precedunt factum hoc est
que sunt ante factum quod est
consilium: ꝛ persuasio ad malefi

14 prium perpetrādum. ¶ † Et ideo 3 primo quero an persuadens vel consulens puniatur: & qua pena facto secuto: & quid si factum nō fuerit completum in totum sed ꝑ parte: & quid si nihil actum sit an persuasor & consultor puniantur & qua pena & antequam ad vlteriora
15 deueniam. ¶ † Quero an ille q̄ consulit & persuadet dicatur ꝓsta re opem & auxilium maleficio ita quod si statutum imponit penā prestanti opem & auxilium malefactori siue maleficio: comprehendat etiam illum qui persuadet et consuluit Salice. in. d. l. vnica. in iiij. colum. arguit ad partes primo quod sic secundū auctoritatē catholicū & quorundā humanarum literarum professorū: demū auctoritate iuris concludit q̄ nō quia largo sumpto vocabulo et improprie dicitur prestare opem & auxilium ille qui persuadet & cō sulit. & pro hoc adducit textum in l. qui seruo. in primo & secundo responso. ff. de furt. vbi dicitur q̄ ille qui ꝑsuasit seruo alieno vt fugeret & furtū faceret secuta fuga & facto furto: qui persuaserat tenetur domino actione furti: quasi ope & consilio eius furtum fa-
16 ctum fuerit. † dictis enim quasi est nota improprietatis vt not. in l. secunda. ff. de vsufruc. ear. rer. q̄
17 vsu consu. & similiter † verbum videtur de quo in. d. l. qui seruo. denotat similitudinē & impropietatem: vt. l. non videtur. C. de in integ. rest. titulo generali. & sic cō cludit ipse Salice. quod qui consulit & ꝑsuadet de stricta & propria significatione vocabuli non dicitur prestare opem & auxilium: & ꝑ consequens dicas quod non cō prehenditur † in statuto imponente penam prestantibus opem et auxilium: quia statuta ipsa sunt exorbitantia: & vt plurimū odiosa: & non debent extēdi ad casum improprium: sed proprie et stricte intelliguntur. l. secunda. C. de noxa. l. quicquid astringende. ff. de verb. oblig. c. si papa. de priuileg. lib. vj. per Barto. in. l. omnes populi. in. vj. q. ꝑncipali. ff. de iust. et iur. cum multis similibus. Reuertor nunc ad questionem nostram an persuasor et consultor puniatur & qua pena: & dic aut lex vel statutum imponit certam penā persuasori & consultori facto secuto & aliam vel nullam penam facto non secuto: et tunc seruanda erit lex prout clare loquitur: aut statutū vult q̄ puniatur cōsulens & persuadēs: sed nullam exprimit penam: & hic aduerte aut sumus in atrocioribus siue minoribus criminibus: et si querimus an facto demum secuto puniatur vel facto etiam non secuto dummodo tentando peruenerit ad actum proximum facto. Primo casu dic quod regulariter punitur consulens et persuadens eadē pena qua principalis delinquens puniretur facto secuto vt. l. nihil. ff. ad leg. cor. de sicar. l. vtrū. ff. ad leg. pompe. de paricid. & ff. ad turpil. l. prima. §. incidit. & l. si quis non dicam ra
19 pere. C. de episcop. et cleri. † hoc plus est in atrocioribus: quia facto etiā non secuto infertur pena consulenti dicta. l. si quis nō dicā rapere: sed cōtra hoc est qd̄ notatur in dicta. l. vnica de rap. virg. in. §. penas. ver. ceteros. vbi dicit quod persuadens & consulens nō punitur eadem pena sicut prin-

cipalis raptor: sed minori. s. pena capitis duntaxat vt ibi dicit: sed dic q. deo ibi punitur minori pena: q2 lex ibi iposuit penā certam a qua non est recededū: vt supra diximus: alias si nō fuisset declarata certa pena eadem puniretur sicut pncipalis. ita dicit Salice. in dicta. l. vnica. ¶ Secundo vero casu quando sumus in minoribus criminibus vel in nō atrocioribus 7 tūc dic si statutum nō imponit certā penā: sed mandat ipsum puniri punitur eadem pe-
20 na per ea que pxime dixit. †fallit tamen hoc quando delictum pter aliquam qualitatem vel accidens diceretur grauius in persona delinquētis prout est furtum manifestū qd grauius punitur q non manifestū: itē si ex forma statuti delictū esset magis punibile facto in vno loco q in alio loco vel vno tpe magis q altero: vel si diceret statutum q si reus inquisitus negauerit cōtenta in inquisitione puniatur in duplum: vt. l. contra negantem. C. ad leg. aqui. quia tunc consultor non punitur sicut delinquens: sed pena simpliciter: vt. ff. de furt. l. qui seruo. in prin. 7. l. is qui opem. eodē titulo 7 et ibi Bart. ¶ ipredicta etiam limita esse vera q ando principalis qui fecit deli tum nō fuisset alias facturus nisi precessisset consilium 7 persuasio illa: quando autem erat alias omnino facturus dic
21 vt infra dicā. ¶ † Quero nūc qd si delinquens erat alias omnino facturus id quod fecit: an isto casu persuadens vel consulens puniatur: quidā dixerunt quod non q2 isto casu cōsulens non fuit causa delicti: vt. in. l. non solū. §. si mā dato. in v. attilicinus: ff. de iniur. sumpto argumēto a cōtrario sen su. ibi enim dicitur quod persuasit alicui nolenti inferre iniuriā facere dicitur ibi: quod tenetur persuadens ac si ipse fecisset. ratio est q2 ille qui fecit iniuriā non erat als facturus ergo si factur9 erat non tenet. pro quo facit etiā textus in. §. ope. insti. de obli. que 7 delict. nas. 7 hanc opinionē videtur tenere gloss. in. d. ver. attilicinus. Quidā alij tenuerunt contrariū qd omnino cōsultor vel psuadens teneatur etiam si delinquens illud alias facturus erat q2 non debuit consultor 7 persuasor malo consilio suo iniquo viro augere malitiam 7 animū ad delinquendum. 7 iste est textus not. vbi est casus in. l. j. §. persuadere. in fi. ff. de ser. corru. 7 ibi gl. 7 hoc etiā tenet Salic. i. d. l. vnica. C. de rap. vir. cum hac tñ distinctione qd vbi delinquens non erat als facturus persuasor teneat eadē pena sicut pncipalis per ea que supra proxime diximus: vt dicto §. persuadere. nisi in lege vel statuto reperiretur certa pena expssa quo casu illi standum erit per ea q supra diximus. 7 not. in. d. l. vnica. §. penas. ver. ceteros. si vero erat mal9 de per se 7 illud delictum erat alias omnino factur9, et isto casu similiter tenet persuadens: sed minori pena quam iudex secundum qualitatem facti et conditionē persone arbitrabit maiorem aut minorem: 7 secundum etiam vehementiam et magnitudinē persuasionis 7 cōsilij: als eñi ex leui verbo persuasiuo enunciatiue aut iocose forsan plato quis non tenetur nec dicere

tur pter hoc opem prestitisse.d. §.ope.insti. de obli.que ex delic. nas.τ istius opinionis fuit etiam Dyn.in.c.nullus ex consilio.de reg.iur.lib.vi.hoc idem videtur sentire Barto.in.l.j.§.incidit.ff. ad turpil.qui tex.in instigante loquitur quod idem est sicut persuadent vt dicit Salic.in dicta.l. vnica.Et non obstant ea que supra dicebantur in.d.§.atilicin9.
22 arguendo a contrario sensu †,qz illud argumentum nunq̃ procedit quando tenderet contra legem: vel esset alteri legi contrarius.vt.C.de condi.incer.l.si qs patrẽ.quod etiam tenet Salicet.
23 ibi.¶†Hec tamẽ omnia que supra dixi de consulẽte τ persuadẽte intellige de illo qui malã persuasionem aut cõsilium dedit ad effectum vt maleficium fieret nõ autem de eo qui dat bonum consilium vel bonam persuasionem. qz istud nomen consilium: τ persuasio in dubio potest adaptari ad bonum sicut ad malũ: et ideo non dicitur nec presumitur malũ nisi sit adiecta illa qualitas mali vt.d.l.j.§.persuadere. τ alias diximus supra lib.ij.q.x vbi dictum fuit de veneno quod similiter potest comprehẽdere bonum τ malum venenum:vt.l.iij.in princip. τ.§.adiectio.ff. ad legem cornel. de sicca.τ.l.j.§.dolum.ff.de dolo.
24 ¶†Quero nunc quid si persuadens aut consulens reuocauit consilium suum an delicto secuto teneatur?Dic breuiter aut loquimur in mãdante:aut consulente. primo casu sufficit simplex reuocatio mandati ad euitadũ penã: ita quod perueniat ad notitiam mandatarij: vt.l.si mandasset. ff. manda.τ per Salice.plene in.l. nõ ideo minus.in.iij.q. C.de acc.accu.Secundo vero casu.nõ sufficit simplex reuocatio quinimo necesse est q expresse fiat contraria persuasio τ sic expssa dissuasio τ consiliũ dissuasiuũ τ negatiuũ prebeat illi q̃ facturus erat delictum:ita quod verisimiliter τ probabiliter credatur quod ille non sit amplius facturus: nec adhuc sufficit:sed habet necesse si vult euitare penas denunciare τ τ notificare ista illi contra quem datum erat consilium vt caueat ab illo q̃ querit ipsum offendere τc.ita not.dicit Inno.in.c. ad audientiã.de homicid.q̃trã sumptiue posuit.Bartol.in.l.non solũ. §.si mãdãto.ff. de iniur.τ idẽ tenet etiã Sali.in.d.l.vnica.in ver. quero quarto.in.v. col.diuersitatis enim ratio potest esse ista s.in eum quia mandatum processit solum gratia mandantis tantũ.d. l.nõ solum.§.si mandato:τ verisimile est q mandatarius qui facit pro alio τ non pro se statim audita reuocatione cesset ab opere. Persuasus vero τ consultus qui pro se agit nõ sic facile se abstinebit ab opere quod perficere intẽdit argumen.l.ij. ff.manda.τ.l.j. §.persuadere.in fi.ff.de ser.corru.
25 ¶†Et quoniam diximus supra de his que prestant opem fauoris cuius opis fauor denotatur: τ intelligitur eo ipso quod quis est presens maleficio licet nihil aliud agat:qz p illius presentiam insultans siue delinquẽs efficitur audacior:aduersarius vero efficitur timidior:vt latius diximus.s. ¶Restat nunc videre de his q̃ prestant opem ministerij et ad-

iutorij corporaliter. Circa quod distingue aut quis prestitit opem
16 scienter aut ignoranter: si ignoranter quia non putabat qui prestitit opem illum cui prestitit velle male facere et non tenetur: quia ignorantia facti illum excusat: nam in delictis ignorantia facti admittitur regulariter: quando quis non habuit animum delinquendi. l. penna. §. diuus. ff. ad legem corne. de sica. l. cū qui duas. C. de adulte. l. qui contra legum. C. de incest. nupt. l. item apud labeonem. §. si quis virginem. ff. de iniuriis. et per Dyn. in. c. nullus ex consilio. de reg. iur. ¶ Aut prestans opem scienter prestitit: et tunc aut prestitit opem maleficio irregulari ficiendo et non tenetur: vt. l. qui seruo. in principio. ff. de furt. ita dicit Salice. in dicta. l. vnica. in versi. nunc transeamus etc. sed aduerte: quia textus ille in dicta l. qui seruo. loquitur in persuadente non in opē prestante de hoc nos loquimur hic: et ideo dubito satis de ista decisione super qua poteris cogitare: aut maleficium erat regulare. et tunc distingue aut nos loquimur de ope et auxilio prestito ante factū: aut de ea que prestatur in facto: aut de ea
27 que prestatur post factū. ¶ †Primo casu quando sumus ante factum et quis prestitit opem scienter tenetur: vt. l. qui seruo. secundo responso. ff. de furt. et. l. si pignore. §. qui ferramenta. eo. tit. et per Bart. in. l. is qui opem. ff. de furt. et vide textum in. l. fi. C. de discuss. lib. x. et. ff. de adult. l. qui domum. et. l. vtrum. ff. de paricid. et per Salic.
28 in. d. l. vnica. in. vl. colū. ¶ †Secundo vero casu quando presta-

tio opis fit tempore malefici: vt quia prestans concomitatur delinquentem ad patrandum delictū et nulli dubium est quod punitur: vt dicta. l. vnica. C. de rapto. virg. in ver. ne igitur. et ver. penas autem. et. l. si quis non dicam rapere. C. de episco. et cleri. et ibi Bal. et Bald. etiam in dicta. l. vnica. vbi etiam Salicetus idem tenet.
29 ¶ †Tertio autem casu quando prestatio opis fit post commissum delictum et hic aduerte: quia diuersimode fit prestatio opis delinquenti post cōmissum crimē: quod fit quatuor modis. Et primo interdum quis prestat opem delinquenti vt euadat per viam fuge tunc prestās opem punitur: vt dicta. l. vnica. in ver. penas autem. de rapto. virg. et. l. prima et secunda. et per totum titulum. C. de his qui latro. occulta. et. l. prima. §. quod autem. ff. de ser. corrup. et. l. is cuius ope. ff. de adul. et vide Barto. in dicta. l. is qui opem. ff.
30 de furt. ¶ †Interdum autē quis prestat opē criminoso vt euadat per viam Justitie vt communiter faciunt Aduocati: Procuratores et similes: et tunc talis prestatio opis nō est punibilis sed permissa a iure: quia vnicuique est permissum defendere incarceratum: vt. l. et si non defendantur. ff. de pe. quia defensio est de iure nature. l. vt vim. et ibi Bar. ff. de iust. et iur. facit quod no. Inno. de sen. excō.
31 c. solet. † vbi dicit quod Aduocatus non incidit in excommunicationem si scienter communicat cum excommunicato: quando ab eo petit consilium in causa excōmu-
32 nicationis. ¶ †Interdum vero quis prestat opē criminoso vt eua-

dat per viam gratie siue misericordie supplicãdo principi p eo: et isto casu similiter nullam penã meretur: quia non incumbit rei illicite qui petit gratiam a Principe: vt. ff. de pen. l. relegati. §. fin. in fin. et. l. diui fratres. in princip.
33 ff. eodem ti. ¶ Fallit hoc in dãnato p crimine lese maiestatis: pro quo supplicare non lz. l. quis
34 quis. C. ad leg. iu. maiest. ¶ Fallit etiaz in casu. C. de nili aggeri. non rump. l. vnica. vbi ille qui rũpit aggeres nili: et deuiat cursus aquarum a loco et alueo suo antiquo debet igne ibi concremari: conscij vero et auxilium illi prestãtes confiscatis omnibus bonis imperpetuum relegantur: ita qđ nemini vnquam liceat pro ipsis supplicare: ita dicit ibi textus: et et hoc ideo quia in lege ita repetitur expressum: vbi aũt non esset lege prohibitum non impeditur quis nec debet puniri si exercet opera charitatis erga criminosum: vnde dicunt doc. q non meretur penã ille etiam qui prestat alimõniã delinquẽti qđ est pauper qđ est verũ vt dixit nisi aliter fuerit lege cautũ: vt. l. quisquis. C. ad leg. iul. maiesta. et. c. vergen-
35 tis. de heret. ¶ Et faciunt secundum Sal. in dicta. l. vnica ad statutum quo cauetur quod nemo possit bannito prestare opem vt non comprehẽdantur isti: qui propter iustitiam gratiam vel charitatem prestant sibi opem; sed illi qui contra curiã et iustitiam prestãt sibi opem: vt supra diximus.
36 ¶ Quero nunc in casib9 in quibus prestatio opis est punibilis qua pena puniatur qui prestitit? et breuiter dic secũdum quod diximus supra in persuasione et cõsilio aut est certa pena statuta a lege et ista est seruanda. l. vnica. C. de raptu vir. et. l. vnica. C. de nili agge. et c. aut nulla reperit pena expressa et determinata: et tunc aut nos loquimur de his qui prestiterunt opem ante factum. et eodẽ modo puniuntur sicut consultores: vt supra diximus. aut in ipso facto: et puniuntur eadem pena: sicut principalis delinquens: vt dicta. l. vnica. C. de raptu virg. in §. ne igitur. aut loquimur de his qui prestiterunt opem post factũ sicut est ad fugam: et tunc si talis prestatio opis cadit in aliquod certum delictum: aut pro illo facto si aliqua pena certa statuta a lege et illa sit seruanda: quando vero nulla pena certa sit a lege statuta et tunc puniatur minori pena qđ ille qui tulit opem in ipso facto: vt dicta. l. vnica. C. de raptu virginum. in. §. penas autem et hoc idem tenent ibi Bald9. et
37 Salicet. ¶ Iterum quero quid si plures fuerunt qui prestiterunt opem an pena omnium istorum sit vniformis: vt sic omnes pariter vnica pena puniantur vel diuersis. Et breuiter dicas quod pene iste sunt difformes secundum plus vel minus in eo q quis deliquerit: ita tenet Innocẽtius. in c. sicut dignum. de homicid. idez est de iure ciuili: sicut dixit Salicet. in dicta. l. vnica. C. de raptu virginum. in sexta columna. vbi dicit qđ diuerse sunt pene de iure statute secundum qualitatem auxilij prestiti et prauam intentionem prestãtis. vt dicto. c. sicut dignum. naz ille qui dedit ope sotale auxiliũ delinquenti q patra

nit et perfecit homicidium nulli dubiū est q̄ tenetur ꝛ ipse de homicidio: si vero min⁹ peccauerit secundum gradum culpe succedet pena dicto.c.sicut dignū.ꝛ.c. vt clericorū.de vita ꝛ honest. clerico.ꝛ hec sufficiāt quo ad materiam istius opis.reuertor nūc ad residuū dicte.l.vnice: vt declaremus totam materiam ipsius raptus mulieris: ꝛ ideo. ¶ †Quero
38 nunc quid si aliquis rapuit mulierem virginem vel viduam honeste viuētis aut mulierē nuptā ex domo patris vel mariti: qua pena puniatur. Et breuiter dicas q̄ tam ipse raptor q̄ ei⁹ socij fautores.defensores: adherentes: et sequaces ꝛ receptatores eisdē penis puniūtur: quib⁹ de supra proxime diximus de rapiētibus monialem vt expresse cauetur in.d.l. vnica.in punct.C.de raptu virg. excepto quod bona ipsorū i istis casibus applicantur ipsis mulieribus raptis pleno iure. d.l.vnica.§.finantes ingenuā. ¶ †Item
39 quero q̄d si aliquis rapuit seruā aut libertinā alteri⁹ dic similiter q̄ raptores puniuntur pena mortis sed non patiuntur bonorū publicationē: vt.d.l.vnica.in punc. ꝛ.§.ne autē.ꝛ.§.seq.ꝛ eorū fautores etiā puniūt vt ibi: excepto q̄
40 eorū bona nō publicāt. ¶ † Deinde q̄ro q̄d si spōsus rapuit spōsam suā ꝑpriā an puniat ꝛ qua pena. Rñ. q̄ de iure ciuili punit eisdem penis sicut ille q̄ rapuit mulierē honestā sibi nullo iure cōiūctam dicta.l.vnica.§. quibus. et ibi vide. ¶ De iure autem canonico nulla pena punitur spōsus qui sponsam suā rapuit cum qua prius precesserat nuptiarum consensus.c.cum causa que.extra de rapto.ꝛ ibi.glos.que melius hoc declarat ꝛ nota.xxvij.q̄.ne.ij.raptus.ꝛ.c.lex illa.vbi hoc expresse probatur. Successiue q̄ro quid si maritus rapuerit vxorē an subijciatur penis de quibus in dicta l.vnica.dic q̄ non vtroq̄ iure: q2 omnes doct.concludunt q̄ maritus habet plenum ius in personam vxoris sue: intellige tamen cum illa cum qua cōsumauit matrimonium: vt dicto.c.cum causa.extra de raptu.ꝛ.l.fin.C.de lib. homi.exhi.et ita tenent Bald.ꝛ Salic.in dicta.l.vnica.et canoniste in dicto.c.causa que. sed quia dicta lex vnica loquitur de viro
41 rapiēte mulierem. ¶ †Quid ecōtra si mulier rapiat virum causa libidinis? videretur esse idem dicendum: q2 ista sunt synonima tamen breuiter dicas contrariū q̄ dispositio illius legis non habet locum in muliere rapiente virum ex quo non viget eadem ratio iniuriarum in hoc casu sicut in alio: ita tenent Bal.ꝛ Sali. in dicta.l.vnica.ꝛ est cōmunis opi-
42 nio omnium doc. ¶ †Idem etiā dicendum est in viro rapiēte aliū virum causa libidinis: quia non comprehenditur sub illa lege: ita tenet Salice.ꝛ Bald.ibi: et dixi-
43 mus supra ea.q.in princ. ¶ †Sequitur ibi in textu quod nuptie procedere debent de cōsensu parentum ipsis puelle alias non valent.dic q̄ hoc est verum de iure ciuili: vt ibi dicitur. Secus de iure canonico: vt dicto.c.causa q̄. ꝛ.c.fin.de rapto.ꝛ.xxvij.q. secun-
44 da raptus.ꝛ.c.lex illa.†Et ideo dicitur etiam ibi quod puella nubere non potest ipsi raptori etiā si parentes

si parentes cōsentiāt q̄ si iniuriā ipsaꝫ remiserint ⁊ dictis nuptijs cōsenserint debent deportari: ita dicit expresse tex. in. d. l. vnica. de raptu. §. penul. in fi. cuius cōtrarium disponitur de iure canonico. d. c. causa que. ⁊. c. fin. extra de rapto. vbi est casus q̄ si raptor rapuerit virginem: cum qua nullus nuptiarū cōsensus prius interuenerat ⁊ dato q̄ mulier rapta fuerit in vita si tamen postea consenserit ⁊ placuerit sibi suo raptori nubere nihil obstat quo min⁹ possit illi impune nubere. d. c. fin. quod nota quia cum causa matrimonij sit spiritualis et regulet a iure canonico: vt in. c. debet. de bigam. debemus in hoc stare dispositioni iuris canonici. c. per venerabilē. q̄ fil. sint legit. ⁊. c. si diligenti. de fo. competen. ⁊ not. per doc. in. c. solite. de maio. ⁊ obedi.
45 ⁊ in. c. nouit. de iudi. ¶ † Ultimo in hac decima questione quero quid si rapta fuerit meretrix cā libidinis cōcubina pluriū aut alia mulier ipudica an raptores subijciantur penis dicte. l. vnice. C. de rap. virg. Bart. in. l. verum. in fi. ff. de fur. ⁊ in. l. iij. in fine. de cōdi. ob turp. can. dicit quod nō. ⁊ ita etiam videtur sentire Bald. in dicta. l. vnica. C. de rapto. ⁊ ideo dicunt rapto. quod qui rapit meretricē libidinis cā: ⁊ eadē de causa tenet illā inclusam in domo p plures horas ⁊ dies non tenetur de priuato carcere: nec tenetur etiam de vi priuata dicta. l. verū. ⁊ ibi Bart. ⁊ hocidem tenet Salice. in. d. l. vnica. in secunda col. in ver. oppo. prima ⁊c. et ita etiā tenet glossa in dicta. l. vnica. in
46 ver. viduarum. ¶ † Nota tamē vnum quod dicit domin⁹ Mattheus de Matthesilla. in singulari suo. cciij. quod incipit: nota vnum quod solent vulgares ⁊c. vbi dicit q̄d licet isti qui capiunt ⁊ detinent inclusas meretrices violenter in domo priuata causa libidinis non teneantur de priuato carcere nec vi publica: vt p Bar. in dicta. l. verum. ff. de furt. tamen tenetur actione iniuriarū ipsi mulieri que quidem iniurie possent esse adeo atroces attenta qualitate facti ⁊ personarū cōditione quod iudex posset arbitrari penam mortis esse inferēdam contra dictum raptorem: et detentorem: ⁊ allegat doctrinam Barto. in. l. fi. ff. de rer. diui. sed parcat mihi excellentia sua: quia dictum suum non puto esse verū ex quo iura per ipsum allegata hoc non probant. et Barto. etiā in. d. l. fi. ff. de re. diui. nullum verbum facit de ista materia in li-
47 bro meo. ¶ † Sed quero quid si meretrix illa desierat iam meretricari ⁊ ceperat honeste viuere prout probari poterat. Quia iam penituerat ipsam preterite vite si huiusmodi mulier rapta fuerit an raptor puniatur: ac si mulierē honestam rapuisset: vt habetur in. d. l. vnica. in princ. C. de raptu virgi. Sali. secut⁹ opi. Cyn. in. d. l. vnica. dicit q̄ isto casu raptor subijcitur eisdem penis de quib⁹ in dicta. l. vnica. quia sufficit q̄d mulier illa honeste viuat tempore raptus. lex enim illa non req̄rit vitam preteritā: sed presentem duntaxat que est tempore rapt⁹: vnde si reperitur honesta tempore rapt⁹ pena committitur alias non: ita tenet Salicetus in dicta

L. vnica qui dicit hoc esse de mente Cyn. ibi idem etiã tenet Bald. expresse in dicta. l. vnica. vbi dicit qđ aut in muliere illa apparebant signa penitentie: qr nolebat amplius meretricari. vt qr practicabat continue inter honestas mulieres: et euitabat multum consortia inhonesta tam virorũ quã mulierum: que aliquantulum sibi suspecta videbantur: et alia cuncta opera honesta et laudabilia faciebat que honeste et pudice mulieres facere solent: et isto casu idem iudicandum erit de illa sicut de alijs honestis et pudicis mulieribus. ¶ Aut preterite vite nondum bene penituerat: qr adbuc impudice viuebat: et si nõ publice saltim secrete: et noctis tempore admittebat plures in domo et plurimum virorum patiebatur amplexus isto casu iudicandũ erit de illa sicut de meretrice vt. C. de nupt. l. imperialis. et dicit ipse Bald. quod istud est satis tolerabile quod isto casu non habeat locum dispositio. d. l. vnice. et per hec sum expeditus de ista pulcherrima. q.

¶ Summarium.

1 Coitus cũ quacũq; muliere vulgariter honesta sꝫ occulte impudica an sit punibilis.

2 Mulier per quemcunq; coitũ siue occultum siue manifestum extra matrimoniũ infamis efficit.

3 Jus canonicum punit quemcũq; coitum preter vxorium.

1 
Ad decimo querit qđ si mulier nupta aut vidua que publice retinet nomẽ honeste matrone occulte tamen plurium virorum admittere consueuit amplexus an coit⁹ habit⁹ cũ mulierib⁹ huiusmodi sit punibilis et qua pena: et breuiter dicas 2 quod quã primum mulier cepit meretricari et inhoneste viuere: siue secrete hoc faciat siue publice perdit florẽ pudoris: et nomẽ honeste matrone vt. l. inter liberas. et ibi Bar. ff. de adulte. et insti. de pub. indi. §. item lex iulia. et ibi. d. Joan. fabri. qui igitur concubuit cum ipsis mulieribus istius conditionis nullã penam meretur de iure ciuili: vt. d. l. verum. et ibi Barto. ff. de furt. et est glo. et in. d. l. vnica. C. de rapto. virg. et Bar. in. l. iij. ff. de condi. ob turp. caus. vide textum not. in. l. que adulterium. C. de adul. qui tex. loquitur 3 de nupta et vidua. † Fateor bene quod de iure canonico iste coit⁹ non erit impunibilis: quia illo iure omnis coit⁹ pter vxoriũ est punibilis. xxxij. q. v. c. meretrices.

¶ Summarium.

1 Christian⁹ carnaliter cognoscens iudeam vel econtra iude⁹ christianam: qualiter puniatur.

2 Matrimonium inter christianũ et iudeã vel econuerso contractũ nullum est de iure canonico.

3 Matrimonium verum et propriũ est communicatio diuini iuris.

4 Adulterium mortis pena punit.

5 Filij ex matrimonio christiani et iudee pcreati nõ dicũt legitimi.

6 Ignorantia facti liberat a pena in casu matrimonij.

7 Scia adueniente ilico cessat priuilegium ignorantie.

8 Matrimoniũ sciẽter inter christianum et iudeam contractũ punitur excommunicatione perpetua de iure canonico.

9 Judeus contrahẽs matrimoniũ

cum christiana an sit seculari curie subdendus.
10 Circunstantia aggrauat delictũ.
11 Iudeus an ob matrimonium cũ christiana contractũ possit morte puniri.
12 Iudeo quondã aninione ob matrimonium cum christiana contractũ fuerũt testiculi amputati.
13 Iudeus carẽs signo deferri inter christianos solito si peccet cũ christiana presumitur dolo peccasse.
14 Christianus coiẽs cũ iudea quare minus tractetur ꝙ iudeus coiẽs cum christiana.
15 Iudeus habitũ a christianis nõ differentẽ deferens an et qualiter sit puniendus.
16 Christianus cum extranee fidei professore coiens qualiter puniatur: vel econtra.

1 
Uodecimo quero † qđ si Iudeus carnaliter cognouerit mulierẽ christianam vel ecõtra Christianus coitũ carnis habuit cum muliere hebrea qua pena punietur? Respõd. aut illam cognouit carnaliter in figura matrimonij: aut in actu fornicationis: si in figura matrimonij: aut loquimur de iure canonico. † et matrimonium est ipso iure nullum: ideo fit separatio incontinenti. xxviij. q. j. caue. et c. si quis. et c. in nõnullis de iude. in foro conscientie puniuntur pena septem annorum de qua in. c. hoc ipsum. xxxiij. q. ij. et diximus supra eo ti. q. ij. et iij. ¶ In foro autẽ cõtentio so corã iudice ecclesiastico dic aut contraxit ignorãter in figura matrimonij: et nõ punitur aliqua pena secundum quod tenet Panor. in. d. c. in nõnullis. ratio est: quia dabat operam rei licite: vt alias late diximus. §. eo. q. j. et ij. et iij. aut scienter. et punitur pena excõmunicationis et nihilominus separantur: vt. §. dictũ est per doctrinam Abb. in. d. c. nõnullis. argumẽto tex. i. c. si quis episcopus aut presbyter. iuncta glo. xxvij. q. j. et omnino ad inuicem separantur vt ibi: vide tex. no. et c. si quis. xxviij. q. j. qui vult quod penitus a communiõe fideliũ separentur. ¶ † De iure autem ciuili aut illam cognouit in actu fornicationis aut in figura matrimonij: si in matrimoniũ aut scienter aut ignorãter cõtraxit cum illa. si scienter: primo et principaliter matrimonium nullũ est: quia verũ et proprium matrimonium est communicatio diuini iuris. l. j. ff. de ri. nup. et l. aduersus. ff. de crimi. expil. heredi. que quidẽ communicatio esse nõ potest inter iudeum et christianã vel econtra inter christianũ et iudeã. xxviij. q. j. caue. c. seq. et c. si quis. vbi est casus † et isti de iure ciuili sunt pena adulterij puniendi: que est pena mortis vt late diximus. §. eo. in. q. adulterij: sed aduerte ꝙ per illã commixtionem nõ cõmittitur proprie adulterium: sed crimẽ istud vicem adulterij obtinet vt. C. de iude. l. ne quis christianam. immo videtur esse deterioris conditionis ꝙ adulteriũ: quia sine temporis prefinitione a quocũque poterit accusari iste coitus ꝙ nõ ẽ sic in adulterio proprio vt. l. miles. §. si pater. §. mulier et §. sexaginta. ff. eodem titu. item poterit vnusquisque illos accusare absque inscriptione talionis pene: vt dicit glo. in dicta l. neque. ¶ † Si vero ex coitu huiusmodi liberos susceperit nõ sunt le

gitimi aliquo pacto ex quo nullū erat matrimonium inter parentes illos tamen puto vt incestuosos filios appellari nō posse: ita vt nec a patre alēdi sint argumento eorū que habentur in aut. de incest. nupt. in princi. et in aut. ex complexu. eo. C. eo. titu. immo videtur esse grauius istud quā coire cum propria consanguinea: quia per coitum consanguinee violātur iura consanguinitatis duntaxat: vt in. c. primo et secundo de consang. et affin. qui remoto vinculo consanguinitatis potest esse matrimoniū inter eos cū sint ambo Christiani: et hinc est quod sepius dispensantur a summo Pōtifice: vt tota die videmus: sed per istam aliam cōmixtionem fit iniuria duobus sacramentis: primo fit iniuria baptismo: et vniuerse christiane religioni vt. xxviij. q. j. caue. c. nō oportet et. c. sequen. fit etiam iniuria sacramento matrimonij quod cognauitur cōtrahere contra legum institutiones dicta. l. nequis. C. de iude. et l. j. ff. de rit. nupt. nec vnquam poterit tale matrimoniū siue potius adulterina commixtio a sede apostolica dispensari: nisi precedat baptismatis sacramentum dicto. c. non oportet. et ibi glo. merito illorū proles tanquā incestuosa: et dānabilis debet cēseri incapax omnis successiōis generaliter. d. aut. cōplexu. et ex eo quod habetur in corpore, et istud etiā videtur esse de mente Oldra. in cōsi. ccccxxij.

6 quod incipit qualiter punitur Judeus et c. ¶ †Si vero ignoranter contraxerunt excusant a pena secundum quod dicit glo. in. c. in nonnullis. de iude. quam sequitur ibi Abb. et alij dicentes quod ista est ignorantia facti merito indulgete excusationem: vt. l. prima: et ibi Bart. ff. de iur. et fac. igno. et in. c. ignorantia. de regulis iur. lib. vj.

7 ¶ †Sed nota quod ista ignorantia poterit illis prodesse si incontinēti absque mora postquam habuerint notitiam de tali impedimento se adinuicem separauerit alias nō euitant penas predictas: quia videtur consentire in illo peccato: et velle illum damnatum coitū cōtinuare secundum ea que habentur in illo not. textu in. l. qui contra legum. C. de incest. nupt. et ibi Bal. et Sali.

8 ¶ †De iure vero canonico pro huiusmodi matrimonio sic cōtracto est pena excōmunicationis perpetue. xxviij. q. prima. caue cum duobus. c. sequen. ¶ Si vero illā cognouit in actu fornicationis et eadem distinctio reperitur aut sciēter aut ignoranter: si sciēter aut loquimur de iure canonico secūdū antiquam legē moysis: et indistincte erat pena mortis. ij. q. vij. nos si incompetēter. §. sed notandum. ver. nathan. et §. his ita. versicu. multa enim. et xxxiij. q. quinta. c. reos. §. nathan. et §. multa enī. vbi est idem casus. dicit enim ibi quod iudex iudeū cum madianita coeuntē gladio transfixit: et fuit reputatū ad iustitiā.

9 ¶ †De iure vero Pontificio in foro contētioso quidā dixerunt idē esse quod Judeus qui in huiusmodi crimine incidit tradendus sit curie seculari condigna animaduersione puniēdus: que verba denotant penam mortis vt infra dicam: quando per iudicem ecclesiasticū cognoscit de crimine ipso: ita quod puniatur vltimo supplicio

tradiõz curie seculari: ita tenet. d.
Feli. in. d. c. in nõnullis. que quidez
verba animaduersiõis denotant
vt dixi maximum arbitrium con
tinens etiam mortem secundum
dominũ Fel. ibi q̃ allegat ad hoc
bonum textum in. c. vt inquisitio
nis: circa medium de hereti. lib.
vj. vbi textus ille loquendo iudi-
cibus et dominis temporalibus per
verbum istud animaduersionis de
monstratur pena mortis. Oldra.
tamen in consilio. cccxxxiij. quod in
cipit qualiter puniatur etc. consu
luit in fauorem cuiusdam Judei
qui carnaliter cognouerat mulie
rem christianam que erat mulier
imnpudica et meretrix secundum
quod apparet ex verbis suis. vbi de-
mum concludit quod non debe-
ret puniri iste iudex pena mortis
pro isto coitu: sed alia graui pena
citra mortem tamen: et attestatur
vidisse in Ciuitate Auinioñ. am-
putari virilia cuidam Hebreo
pro isto crimine quod tamen di-
cit esse verum quãdo est simplex
fornicatio que non habet anne-
xam aliquã qualitatẽ que aggra
uat delictum: sicut est stuprum vel
adulterium: quando mulier esset
10 honesta: quia tunc nõ negat Ju-
deum debere puniri maioribus
penis sicut alias diximus supra
in Christianis: et vt clarius mate-
ria ista aperiatur dic: vt infra se-
quitur: maxime quo ad dictum
verbum animaduersionis quod
vt dixi denotat et cõprehendit pe
nam mortis: maxime quando re
fert ad Potestates dominos tem
porales et Judices et cetera. vt di
cit textus in dicto. c. vt inquisitio
nis. de hereti. libro sexto: ibi dum
dicitur Potestates domini tem-
porales Rectoresque et eorum offi
ciales de predictis aĩaduersionẽ
assumant etc. que quidez animad
uersio denotat penam mortis vt
diximus. idem tenẽt Joan. and.
et Dom. de sctõ gemi. in. d. c. vt in
quisitionis. et Ant. de but. secundum quod
refert idez. Feli. in. d. c. nõnullis.
in fi. idem tenet in cõsi. xij. vbi di-
cit quod istud verbum in terminis
nostris denotat penam mortis.
11 †Quidam tamen fuerunt in con
traria opi. quod Judex propter hoc
delictum non sit puniendus pe-
na mortis sed alia minori pena:
puta deportationis pecuniaria
vel alia huiusmodi arbitrio iudi
cis declarãda. et hanc opi. tenuit
Pe. de rbal. de peru. in cõs. lxxv. quod
incipit: quidã dictus gaius. et Roma.
in cõsi. clv. quod incipit an iudeus q̃
cognoscit christianam. Jo. cald.
in consil. xij. de foro compe. hanc
etiam opi. videtur tenere glos. in
d. c. in nonnullis super. versi. ani
madversionis. dicens quod erit pe-
na pecuniaria vel alia tẽporalis
arbitrio iudicis: et sic videtur exclu
2 dere mortẽ. †Oldra. etiã in cõsil.
cccxxxiij. quod incipit qualiter pu-
niatur iudeus vbi dicit quod dũ ipse
esset i ciuitate Auinioneñ. vidit pro
isto crimine cuidã hebreo ampu
tari testiculos. Ego enim in istis ter-
minis attendentem ad conditio
nem personarum et maxime mu-
lieris an esset honesta matrona
siue mulier nobilis aut vilis cõdi
tionis vel inhoneste vite vt sunt
iste meretricule et vulgares mu-
lieres: itẽ an iudeus semel tm̃ na
cta occasiõe i istud crimẽ incide-
rit: vel iuxta etatẽ an iunior sit mi
nor. xxv. annis vel maior ad qua
dragenarium accedens vel circa

et an sit vxoratus vel solutus vel talis sit qualis erat honeste conditionis aut potius pluries illud idem commiserit vel ad id perpetrandum longo tempore vacauerat aut non vnam tantum mulierem: sed plures et plures sub eisdem amplexibus subiecerat et similia: vt secundum personarum conditionem facti contingentiam et criminis turpitudinem siue delinquendi consuetudinem quandoque leuem quandoque grauem quandoque grauissimam mortis penam imponerem iuxta notata per Abb. in. c. ij. de sorti. et idem Abb. in. d. c. in nonnullis. de inde. et per Matthesil. in sing. suo de quo supra eo. ti. x. qo. in fine. ¶ Si vero ignoranter huiusmodi scelus patratum fuerit aut fuit cum nupta et erit pena adulterij aut cum virgine vel vidua honeste viuente et erit pena stupri ac si esset factum cum muliere christiana de quibus latius dictum fuit supra eo. titu. iii. vj. et vij. q. Quis glos. in. d. c. in nonnullis videatur velle quod puniatur hebreo vel hebree qui ignoranter fecerunt. vbi dicitur quod qui errauerit excusatur: sed illud debet intelligi quando errauerit in facto et illam cognouit in figura matrimonij non autem in actu fornicationis: vt hic. aut erat mulier vilis conditionis et inhoneste vite. s. meretrix occulta vel publica: et erit pena arbitraria citra mortem tamen. ita videtur sentire glo. in. d. c. in nonnullis. in ver. per errorem. idem tenet Jo. and. in. c. cuiusque. de regul. iur. lib. vj. in mercurialibus et Jo. and. in. d. c. cum quis. Abb.
13 et Feli. in. d. c. in nonnullis. †Sed aduerte quod contra istam ignorantiam facti in iudeo adest quedam presumptio fraudis et doli ex quo non videtur carere culpa quod est quando iudeus ambulat sine signo deferri solito ab hebreis per quod se paratim cognoscuntur a christianis prout deferre tenentur: vt habetur in. d. c. in nonnullis. et quoties non deferunt illud videntur esse in dolo nec poterunt se excusare propter ignorantiam ratione presumpti doli. d. c. in nonnul
14 lis. †Mulieres vero hebree nullum signum deferre solent distinctum a christianis sicut masculi maxime de consuetudine vt diu vidi maximam copiam in vrbe romana et alibi et nullam vnquam vidi deferre habitum aut signum aliquod per quod cognosceretur a christianis mulieribus: et ideo putarem magis excusandum esse christianum qui haberet coitum cum hebrea quam hebreum qui coitum habuerit cum christiana: quia primo casu potest esse excusabilis ignorantia facti ratione indifferentis et vnifamis habitus quod non est in secundo casu in quo non videtur posse adaptari excusatio aliqua ratione ignorantie saltem respectu
16 mulieris christiane. †Et propterea dicit tex. i. d. c. in nonnullis. quod grauiter puniendi sunt hebrei qui non deferunt habitum distinctum a christianis vt cognoscantur ab omnibus.
17 ¶ †Juxta hec quero quid si turchus mours hereticus sarracenus vel alius quicunque extraneus fidei professorem carnalem habuerit cum muliere christiana vel christianus vir cum eorum mulieribus respectiue se carnaliter commiscuerit quibus penis subiacebunt. respondeo quod in his adhibetur similis distinctio de qua supra: aut in figura matrimonij aut in actu fornicationis et aut scienter aut ignoranter: et

tunc aut erat minor cũ fecit in for 2 ma matrimonij: aut erat maior iuxta distinctionẽ supra proxime factam: ⁊ eisdẽ penis ponuntur: de quibus ibi per text.in.d.c.in nonnullis.in princ.vbi loquitur etiã de sarracenis: ⁊ ratio ibi apposita cõcludit etiã in alijs pmissis: ita etiã videtur sentire glos.in d.c.in nõnullis.q eadem sit rõ in alijs que est in iudeis per iura pdicta. ⁊ idem etiã videtur innuere text.ibi dũ loquitur de sarracenis ⁊ notatur in rub. ⁊ in.c.j.eo.titu.

glo.† codẽ mõ custos carcerũ tenetur diligẽter ⁊ honeste custodire ⁊ alere mulierẽ incarceratã ⁊ illã illesam supplicio vel innocẽtie cõseruare: vt.l.j.et.l.fina.C.de custo. reo. q2 aliter faciendo esset vehemẽs suspitio imo psumptio fraudis aut corruptionis cõtra ipsum officialẽ: ⁊ ista fuit doctrina illius antiqui et famosi doct.do.Jo.fabri instit.de pub.iudi.§.item lex iulia.quẽ refert ⁊ sequitur generosus practicus.d.Paris.de put.in suo tra.de sindi.in.c.adulteriũ.§.fine.

¶ Summarium.

1 Custos carcerũ rem carnalẽ explens cum incarcerata quã penam incurrat.

2 Custos carcerũ tenetur carceratam mulierem debite tractare et illesam custodire.



1 Decimotertio videdũ † esse putaui qd si officialis vel custos carcerũ rẽ carnalẽ expleuerit cum muliere incarcerata qua pena puniatur? Respõd. aut 1 mulier illa erat honeste vite cõditionis ⁊ fame: ⁊ isto casu officialis siue custos hmõi punitur eadẽ pena qua punitur tutor q pupillã cuius tutelã gesserat vel gereret stuprauit: de quo dictum fuit late supra eo.ti.q.xij.vbi diximus plene de stupro in.vj.fallen.eadem enim rõ militat in vtroq;: quẽadmodum autẽ tutor tenetur alere pupillam ⁊ illam honestis moribus conseruare.s.illius personã ex quo principaliter datur psone secundario autẽ rebus.C.de admini.tut.l.cũ plures.§.in primis ⁊.C.de alun. pupil.prestãd.l.fi.inst.q.tut.dar. pos.§.ad certum.ver.certe.et ibi

¶ Summarium.

1 Matrimoniũ scdm contrahens viuente prima vxore quam penam incurrat.

2 Matrimoniũ nullũ dissolui non 3 dr: q2 qd nihil est rũpi nõ dicitur.

3 Pene iuris ciuilis euitãtur facti ignorantia probabili.

4 Maior errãs in iure an excusetur.

5 Scdam ducẽs vxorẽ pma viuẽte infamis ppetuo efficitur: ⁊ secundam dimittere cogitur.



1 Decimoquarto qro Ticius habẽs vxorẽ adhuc viuentem cõtraxit matrimoniũ cũ scda qua pena puniatur: ⁊ ita ecõtra dña Cornelia existens cõiugata contraxit matrimoniũ cum secundo vtroq; casu carnali copula subsecuta ⁊ quid agendum sit de secunda vxore vel secundo viro reuertente primo vel prima. Respõd.dic quod aut istud secũdum matrimonium contractum fuit scienter aut ignoranter siue ab vtroq; vel ab altero tantum. Primo casu quo ad validitatem matrimonij secundi certum est quod nullum est: quia q primum

constat de vita prioris coniugis statim fit separatio secundi non quod rumpatur sine diuidatur
2 matrimonium: et quia quod nullum est rumpi non pot. l. j. ff. de iniust. rup. et irri. testa. et l. si post mortem. §. fi. ff. de bon. pos. contr. tab. sed fit separatio declaratio nullitatis huius secundi matrimonij: et reuertitur ad primum vel primam coniugem. c. nuper. de biga. c. accepisti. de spons. duo aget enim penitentiam de peccato. d. c. accepisti. xxxiij. disti. c. fraternitatis. lxxxij. dist. presbyter. xxxiiij. q. ij. hoc ipso
3 † penas vero iure ciuilis de quibus in. d. l. eum qui duas. ff. de adul. et l. quis. C. eo. tit. propter ignorantiam euadet dummodo ignorantia sit in
4 facto probabilis. † si vero errassent in iure putantes posse contrahi cum duabus secus esset nisi essent minores ambo vel alter ipsorum de quibus late habetur in. d. l. si adulterium cum incestu. §. idem pollioni. et ibi Barto. ff. de adul. et l. qui contra legum. C. de incest. nup. vbi est optimus text. et gloss. ibi. Bal. Sali. et alij: et supra etiam
5 diximus eo. ti. in. vij. et. xij. qq. † Secundo vero casu quando scienter grauius puniuntur: quia de iure canonico est excommunicatus. d. c. accepisti. et. d. c. nuper. et nihilominus. tenetur illam vel illum dimittere: de iure autem ciuili est infamis ipso iure. d. l. eum qui duas. et l. j. in fi. ff. de his qui not. infam. et vir punitur de adulterio si secunda erat coniugata et econtra: mulier si vir erat vxoratus. d. l. quis. in fine. et aut. sed hodie. C. de adult. si vero mulier erat soluta de stupro eodem modo mulier si vir erat solutus. d. l. eum qui. et l. inter liberas. et l. stuprum. ff. de adult. et instit. de pub. iud. §. item lex iulia. Puto etiam quod patiuntur alias penas quando scienter contraxerunt: quoniam omnia eorum bona confiscantur quando sunt sine prole legitima et mittuntur in perpetuum exilium vt in aut. de incest. nupt. in princ. et l. qui contra legum. C. eo. ti. et dixi late. s. eo. in. ij. et. iij. qq. Sed quid si alter dumtaxat scienter contraxit alter vero ignorans erat et ille qui scienter contraxit aliquid donauerit ignoranti an soluto huiusmodi matrimonio competit repetitio bonorum donatarum ipsi donanti aduersus dictum donatarium. dic quod non. vide glos. not. in. l. eum qui duas. et in. d. l. qui contra legum. et diximus supra eo. tit. q. iij. vs. et. vij. in fi. si vero vterque ignoranter et ambo bona fide contraxerunt competit repetitio vt ibi dictum.

¶ Summarium.

1 Clericus et religiosus professus cum vna et eadem coeuntes qualiter veniant puniendi.
2 Religiosus fornicationem committens dicitur sacrilegium eo committere.
3 Filij presbyterorum dicuntur incestuosi.

1 Decimoquinto et vltimo non obmittam silentio hanc notabilem questionem que sepius occurrit in facto presbyter associatur cum monacho siue aliqua religioso cuiuscumque religionis professo et ambo cum eadem muliere fornicantur. quero qua pena puniantur: item quod crimen existo coitu oriatur. Respondeo aut mulier erat honeste vite et tunc si nupta erat adulterium: si vero soluta et laica stuprum vt supra latius diximus in. vj. et. vij. q. si autem erat impudica vel meretrix simplex for-

nicatio vt supra dixi.d.q.vi.⁊.vij.
2 †Quidam vero dixerunt qđ oritur sacrilegium tam respectu presbyteri quam monachi propter sacramentorum ecclesiasticorum lesionem.xxvij.q.prima.c.virginibus.⁊.c.impudicas.⁊.c.si qua monacharum.veritas tamen est ista quod monachus duntaxat vel alius regularis sacerdos cõmittit sacrilegiũ:clericus vero stuprum duntaxat aut adulterium si erat nupta:vel simplicem fornicationem si mulier impudica erat vel meretrix.⁊ ratio est ista quia monachus per fornicationem nõ solum ledit sacramẽtũ sacrorum ordinũ verum etiam frangit ⁊ violat votuꝫ sue religionis in qua expresse vouit castitatem:clericus vero secularis tacite videtur vouisse castitatẽ in assumptione sacrorũ ordinum ⁊ ꝑpterea non est adeo graue peccatum in eo qui dicitur clericus secularis sicut in monacho qui est regularis:vt dicit Jo.de imo.in cle.ad nostram. d. hereti.qui dixit qđ monachus de sacrilegio:clericus vero siue p̃sbyter de adulterio:stupro:aut simplici fornicatiõe puniet.lxxxij. distin.presbyter.ij.q.vij.c. paulus
3 alias lator. †Sed cõtra predicta est glos.not.in.l.ij.in fi.in ⁋.filij.C.de episc.⁊ cler.que vult ꝙ filij clericorum siue presbyterorum post susceptos sacros ordines ꝓgeniti dicunt incestuosi ex quo sequit quod existens in sacris etiaꝫ per simplicẽ fornicationẽ habitã cũ muliere soluta ⁊ impudica dicitur cõmittere incestum ratione lesionis sacrorum ordinum ⁊ oẽs filij inde suscepti dicuntur incestuosi:quã gloss.tenet ⁊ sequit ibi Barto.quam dicit esse notandã Bald.similiter ibi illam approbat ⁊ alij docto.communiter:sed Pet.de bella perti.dicebat cõtra ꝙ illi filij dicuntur spurij nõ autẽ incestuosi.Deinde Bal.dicit qđ ista.q.fuit in facto ⁊ reuocabatur in dubium vtrum cum clerico in sacris fieret incestus:et demuꝫ cõclusum fuit quod sic per illaꝫ gl. ⁊ quod in isto crimine cessat abolitio sicut in coitu habito cuꝫ moniali ꝙ sicut illa est spõsa christi:ita iste est sponsus ecclesie.⁊ hec sunt verba Bal.in.d.l.ij. de qua q.meminit et Bal.in.l.siquis ice sti.C.de incest.nupt.⁊ cũ illa glos. transire videntur doc.cõiter de iure ciuili:sed ego reperio Jo.de ana.in.c.significauit.de adult.q dicit quod illa glo.est valde periculosa ⁊ reprobata de iure canonico ⁊ quod sacerdotes deberent illam abradere de libro.C.q: ipse tenet ibi ⁊ Panor.Jo.de imol.et alij canoniste communiter in.c. vt clericorum.de vit.⁊ honest.clerí.⁊ Abb.in.c.atsi clerici.de iudi. quod clericus in sacris constitutus pro simplici fornicatione nõ qualificata hodie non dꝫ deponi sed suspẽdi.xxxiiij.dist.fraternitatis.sed si ex illo coitu cõtrahet incestus fieret depositio:vt late diximus supra eo.titu.q.ij.⁊.iij.et per Abb.in.d.c.at si clerici.Joan.de imol.in.d.c.vt clericorum.Hostien. in sum.in titu.de adul.in princi.⁊ Jo.de ana.in.d.c.significauit.qđ dicendũ Ego eniꝫ in hac reputo saluo semper saniori iudicio.ita esse distinguendum quod aut nos sumus in terris imperij ⁊ tractatur de successione bonorum que proprie ꝑtinet ad ius ciuile ⁊ isto ca-

su tenere gl. predictã et opi. Bal. et aliorum: si vero sumus in terris ecclesie tenerem opi. canonista. maxime qñ agitur de rebus ecclesiasticis vel de puniendo psonas clerici. arg. eorum que habent in. c. per venerabilē. qui fil. sint legit. c. solite. de maio. et obedi. et. c. atsi clerici. de iud. c. cum contingat de foro compet. cum similibus.

De Questionibus et tortura. Liber Quartus.




In superioribus titulis vidimus de pluribus criminibus reisqꝫ ipsorū et penis: sed quia accidit quandoqꝫ quod crimina ipsa nō sunt bene probata: et iudex non potest devenire ad sniam nō precedēte rei confessione vel apertissimis pbationibus: vt. l. sciāt cuncti. C. de pba. tñ contra ipsum reū multotiēs laborat infamia et alia indicia vigēt ppter quod necessario deveniendum est ad torturam in qua vel necesse erit reū ipsum cōfiteri crimen vel saltim purgare indicia et suspitiones que contra ipsum laborant. Ideo in presenti libro de Questionibus et tortura p cōmuni maxime iudicū cōmoditate aliqua breuiter exponemus in qua materia doctores ex antiquis atqꝫ modernis quidā in ordinarijs lecturis: quidā vero in extraordinarijs cōpēdijs et tractatibus diuersa cōmentaria ediderant. ¶ Ego vero ne aliorum relatione dictorū frustra videar occupare membranas ea duntaxat attingā que vtiliora sunt: et in quibus doctorum scripta silēt. In alijs vero breuiter et remissiue ad vlteriora procedā. Inditiorum et questionis materia ad modū frequens est et in iudicijs practicabilis in causis criminalibus. Que in iudicis arbitrio plurimū consistit: et iudices maxime iuniores et parū experti sepe solent in istis aliqua de necessarijs pretermittere aut vlterius quā iuris sit procedere ppterea materiā ipsam vltra alios clarius et facilius ad cōmunē practicā accōmodabo. ¶ Uidebimus enim primo quid sit tortura et quid sit. Questio et quo ista differūt inter se. ¶ Secūdo quot sunt tormentorū species. ¶ Tertio quid sit indiciū: et que sunt legitima et sufficientia indicia ad torturā. ¶ Quarto quot sunt gradus torture. ¶ Quīto in quibus criminibus possit dari tortura. ¶ Sexto que psone possunt torqueri et que nō possunt torqueri et quibus de causis vbi datur noua declaratio vltra oēs doct. ad text. in. l. siquis in graui. §. ignoscit. ff. ad syllan. ¶ Septimo loco videbimus an et quando in paruis criminibus possit inferri tortura. ¶ Et quid in causa pecuniaria. ¶ Et an et quando tortura possit dari p pena. ¶ Et an et qñ quis dicatur competenter tortus et purgasse indicia. ¶ Et quando et in quibus casibus reus possit repeti in tortura. ¶ Et quid si reus moritur in tortura. ¶ Et quid si nulla pcedebāt indicia ante torturam. ¶ Uel si aderant non tamen erant in actis descripta. ¶ Et an et quādo reus dicat legi

time tortus. Itẽ quid de cõfessio-
ne habita in tormẽtis vel timore
tormentorum quando nulla pcede-
bant indicia. ¶ Uel si pcedebãt
in veritate non tamẽ apparebãt
in actis annotata an sufficiat illa
confessio ad condemnandũ reum
maxime si ratificata reperitur.
¶ Et quid si reus ante torturam
petijt copiam indiciorũ que fuit
sibi denegata qua nõ obstãte fuit
positus ad torturam et confessus
forte fuerit aliqua crimina nun-
quid illa confessio sibi noceat.
¶ Et quid si aliquis propter priui
legiũ etatem vel aliã iustam cau-
sam de iure torqueri non poterit
si tñ fuerit tortus et confessus an
preiudicet sibi illa cõfessio: et que
remedia dantur contra iudicem
istis qui sic iniuste torti fuerunt.

¶ Summarium.

1 Questio iudicialis quid sit.
2 Interrogatio nuda vel leuis ter
ritio nõ dicitur questio.
3 Tortura qd sit et qñ fuit inuenta.
4 Tortura qui differat a questiõe.
5 Tortura est via probationis ex-
traordinaria.



1 Rimo igitur qro
qd est qstio? Rñd.
qstio proprie loquen
do est inquisitio ve
ritatis p tormẽta
et corporis dolo-
lorẽ. ita dicit tex. in. l. itẽ apud la-
beonẽ. §. questionẽ. ff. de iniu. iũ-
cta. l. l. §. qonẽ ff. ad sena. cõsul. syl.
et gl. in. d. l. j. in ver. necatorũ. eo.
titu. Azo. aũt in sum. de qstio. in
princ. dicit qd qõ est inquisitio
veritatis p tormẽta. † Nuda ergo
interrogatio vel leuis territio nõ
2 dicatur qstio. d. l. itẽ apud labeo-
nẽ. §. questionem. in versi. nuda.
per Azo. in. d. sum. et tit. in princi.
qui dicit quod non debent quo-
que adhiberi tormenta quanta ac
cusator vel istigator postulat aut
desiderat: sed vt moderate ratio
nis temperamenta desiderant.
l. de minore. §. tormẽta. ff. de que-
stio. Panor. vero. in. c. cum in cõ
templatione. de regu. iur. in an-
tiquis. in princ. lectu. idem dicit
quod questio est indagatio veri-
tatis per tormentum: et appellat
questio a querẽdo qr iudex p tor
mentũ inquirit veritatẽ. ita dicit
ipse Sali. autẽ in rub. C. de que-
stio. dat duas expositiones siue
diffinitiones ad istud verbum q
stio. pma est quod questio est in-
quisitio que fit ad veritatem per
tormenta eruendam secũda est.
¶ Questio est tormẽtalis inquisi
tio veritatis: et ista est breuior et
magis placet: q omnes tñ descri-
tiones siue diffinitiones in effe-
tu tendũt i vnũ qd qõ sit illa ida-
gatio quam facit iudex ad inue-
niendum veritatem cõtra reũ in
tormentis existentem dum patit
3 cruciatũ in corpore. ¶ † Deinde
qro qd est tortura? Respõ. tortu-
ra est corporis cruciatus ad eruẽ
dam veritatem repertus: vt dicit
Panor. in. d. c. cũ in cõtemplatio
ne. in prin. qui dicit etiam q tor
tura siue tormentum dicit quasi
torquens mentem: qr per crucia-
tũ corporis mẽs quoque torquet:
vt latius dicemus infra eo. tit. q.
iiij. i illo quarto gradu torture et
habetur. v. q. v. illi qui. i ver. vbi
religiosus tortor vt dũ corpa pe-
nis subijciunt q gesta sunt fideli-
4 ter et veraciter exquirant. ¶ † Hec
est differẽtia inter vnum et alterum:
qr vnum pertinet ad iudicem so-

lum: alterũ vero pertinet ad reũ
solum. s. tormentũ. d. l. item apud
labeonẽ. §. questionẽ. nihilomi-
nus sepius solet vnum pro alte-
ro poni: vt no. in. d. §. q̃ones ⁊. v.
q. v. illi qui. ⁊ per gloss. in. d. l. j. in
princi. ff. ad sena. consul. syllania.
5 ¶ †Et nota hõc q̃ tortura est re-
medium siue via extraordinariã
pbatiõis: vt dicit Bal. in. l. si q̃s
alicui. C. ad leg. iul. maie. via em̃
ordinaria est illa que fit p̃ testes
⁊ instrumenta: vt. l. sciant cuncti.
C. de pba. cum similibus.

¶ Summarium.

1 Tormentorum species mul-
te sunt ⁊ diuerse.
2 Gradus torture sunt quinq̃.

1 SEcũdo q̃ro † quot
sunt tormẽtorũ spe-
cies. Respõ. q̃ multe
sũt ac diuerse vt
ponũt doct. maxie
practici in eoꝝ tra-
ctatib⁹. Gãdi. in o͠pe suo mal. in
tit. de q̃sti. ⁊ tormẽ. Ang. de are. in
suo opusculo mal. in gl. fama pu-
blica p̃cedẽte in versic. tortura. d.
Frãc. brun. de sancto seueri. i alio
suo trac. malef. de indi. ⁊ tortu. in
ij. parte. At ille insignis doc. mo-
dernus Bonon. do. Hippol. de
marsil. clari⁹ ceteris hec operuit
in egregiis cõmentariis suis que
nuper edidit super notabili titu-
lo. ff. de questio. in. l. j. in princip.
vbi ponit quatuordecim species
tormentoꝝ oẽs diuersas quorũ
plura fuerũt ab antiquis inuẽta:
quodam vero nouiter ipse inue-
nisse asserit prout est illud subtra-
ctionis somni qđ in veritate per-
quã subtili ingeniũ acuitã adinuẽ-
tũ fuit: ⁊ ego semel illud expert⁹
fui Rome in quadã ardua causa
duorũ religiosoꝝ licz alio modo ⁊
faciliori illo vsus fuerim: profe-
cto vidi eã q̃ prius nõ credebam
quod illud affert maximum tor-
mẽtũ ⁊ fastidiũ in corpore absq̃
aliqua membrorum lesione: vide
do. Franc. brun. in materia predi-
cta in. d. suo trac. de indi. ⁊ tor. in
ij. parte. Alber. Gãdi. in codẽ suo
trac. in titu. de questio. ⁊ tormen.
Ange. de aret. in tracta. malef. in
glo. fama publica in materia tor-
ture. Ant. rosel. ⁊ do. Abb. in. c. cũ
in contemplatione. de reg. iur. in
anti. Pari. de put. in tract. quem
edidit de sindica. in. c. tortura. el
j. cum tribus sequẽ. do. Bonifa.
de vitelli. in trac. suo malef. in. ij.
parte eundem dñm Hippoly. de
marsi. in practica sua Auerolda
nũcupata vbi copiose tractat de
hac tortura. Bar. in. l. j. in p̃nc. ⁊
§. diu⁹. ⁊ in. l. fi. ff. de q̃stio. Bal.
in. l. ij. C. quor. appella. nõ recip. ⁊
in. l. milites. ⁊ in. l. fi. C. de questio
⁊ Salice. in. d. l. fina. eodẽ. titu. in
quib⁹ locis oẽs tractant de hac
materia torture ⁊ modo torquen-
di. ⁊ Azo. in sum. de quest. in prin
Istud tñ tormentũ corde siue pen-
dẽtis funiculi doc. cõiter ponũt
pro magis cõi ⁊ consueto quod
in se cõtinet plures gradus timo-
ris doloris: ⁊ cruciatus qui adhi-
bentur plus vel minus s͠z quali-
tatem facti personarum cõditio-
nem ⁊ vrgentiam indicioꝝ s͠m
quod declarant prefati doct. in
2 locis supra notatis. ¶ †Ego au-
tẽ vltra alios p̃ faciliori notitia
istius practicabilis materie cõsi-
deraui quinq̃ esse gradus tortu-
re siue tormẽti sub hac specie tor-
mẽti corde quibus rei diuersimo-
de crucian͠t plus vel minus gra-

nius aut leuius iuxta qualitatē facti personarum conditionē et abundātiam indicioꝝ: sed anteꝗ̄ ad illoꝝ declarationem deueniā discutiā primo que sunt aut dicunt legitima indicia ⁊ sufficiētia ad torturam.

¶Summarium.

1 Indicia ad torturā sufficiē tia que sint.
2 Indiciū dupliciter consideratur.
3 Indiciū semiplenam et dubitatū quod dicatur.
4 Indiciū plenū ⁊ idubitatū q̄d sit
5 Fama dupliciter consideratur.
6 Fama in homine quid sit.
7 Infamia quid dicatur.
8 Fama vulgaris quid sit.
9 Rumor quid sit.
10 Suspitio quid sit.
11 Presumptio in genere q̄ dicatur.
12 Presumptio diuersimode consideratur.
13 Fictio qualiter diffiniatur.
14 Argumentū quid dicatur.
15 Adminiculū in materia probationis duplex est.
16 Coniectura quid dicatur.
17 Ignorantia siue nescientia quid sit ⁊ qualiter diffiniatur.
18 Error quid sit.
19 Uerisimile d̄r quasi vero simile.
20 Notoriū quid dicatur.
21 Probatio quid sit ⁊ qualiter diuidatur.
22 Manifestū ⁊ euidens an ⁊ qualiter differat a notorio.
23 Probatio per euidentiā facti q̄ dicatur.
24 Indicia legitima q̄ dicantur.

1 
Ertio quero † q̄ sint legitima idicia ⁊ sufficiētia ad torturā? ante quoꝝ declarationem necessario vi-

dendū esse putaui quid est indi-
cium: quid fama: et quedam alia
que precedunt inquisitionem et
2 torturam. ¶†Et primo dic quod
indicium duplex est s̄m Bal. in
l. ea quidē. C. de accusa. et Gand.
i suo trac. mal. i ti. de p̄sump. et in
3 dic. dubitat. et indubitat. ¶†Indicium dubitatum siue semiple-
num est presumptio quedam for
titer mouens animū ad aliquid
credendum vel discredendum: ⁊
hoc probatur in l. cū probatio. ff.
de proba. ⁊ per Gand. in d. ti. de
4 presumpt. ⁊c. ¶†Indicium vero
plenum ⁊ indubitatū est demon-
stratio rei per signa sufficientia p
que animus in aliquo tanꝗ̄ im-
proprio existente quiescit ⁊ plus
inuestigare non curat: ⁊ hoc pba
tur in l. indicia. C. de rei vendica.
⁊ per d. Gand. in d. titul. vt supra
Bal. in d. l. ea quidē. in ij. col. Sꝫ
q2 in causis criminalibus maxi-
me q̄n proceditur per inquisitio-
nem necesse est quod precedat in
famia cōtra reum de crimine et
quo reperitur inquisitus: vt in
c. qualiter ⁊ q̄n. ⁊ ibi p oēs scribē
tes de accusa. ideo aliqua de fa-
ma ⁊ infamia hic iserere placuit
⁊ dic s̄m Bal. in d. l. ea q̄dem. in
5 prin. q5. ¶†Fama est duplex vna
que est in homine. s. que inhereret
homini: altera q̄ est inter hoīes.
6 ¶†Fama eīm que est in homine
vel que iheret homini est stat9 il
lese maiestatis ac dignitatis mo
ribus ⁊ legibus cōprobatus. hoc
pbatur in l. cognitionū genera.
ff. de var. ⁊ extraor. cogni. cui9 fa
me cōtraria est infamia q̄ sic dif-
7 finif. ¶†Infamia est priuatio fa
me contingentia ex accidēti pre-
ter naturā: vel sic: infamia est de

scientia status ⁊ lesio maiestatis
⁊ dignitatis. ista videtur iudicio
meo q̄ sit melior diffinitur quam
precedens: q2 per istam declaran
tur omnia cõtraria bone fame et
per id quod diffinitur vnũquodq̄
q̄ contrarium per eis oppositum
diffinitur ⁊ reliquũ: vt probat in
l. j. ff. de his qui sunt sui vel alie.
iur. ⁊ instit. eo. tit. in princ. ⁊ de in
re perso. in princ. ⁊ de tutel. simili
ter in princ. ¶ Secunda dicit fa
ma que est inter hoies que predi
catur de aliquo hoie seu alio fa
cto: ⁊ hec dici põt fama loquens
que semper de aliquo loquitur: ⁊
ita diffinitur secundum Bal. in
8 d. l. ea quidem. ¶ † Fama est di
ctum gentium seu vulgi ex ima
ginaria opinione vel credulitate
gentiũ seu vulgi procedens que
pbatur in. l. de minore. §. tormen
ta. ff. de q̄sti. ⁊ sub ista diffinitione
tam bona q̄ mala fama cõtinet.
l. iij. §. idẽ diu9. ff. de testi. ⁊ hec est
illa fama que est p̄paratoria inq
sitionis non aũt prior de qua su
pra: sed quia solẽt quandoq̄ non
certa fama: sed rumor insurgere
in populo qui est minus q̄ fama
ideo videam9 q̄d sit iste rumor.
9 ¶ † Rumor est furiosa proclama
tio gentium et strepitus multarũ
vocum. hoc probatur in. l. fi. ff. de
heredi. instit. et. l. miles. §. mu
lier. ff. de adulte. ⁊ iste rumor est
initiũ fame et minus ea. ita dicit
Bal. in. d. l. ea quidem. Quoniam
vero sunt plures gradus cogni
tiõis q̄ñ res est adhuc dubia an
teq̄ perueniat ad perfectã noti
tiam veritatis in quibus gradi
bus anim9 iudicis semper rema
net titubans anteq̄ perueniatur
ad vltimum firme credulitatis et
certe scientie finẽ s̄m notabilẽ do
ctrinam Bar. in. l. admonẽdi. in
iiij. col. ff. de iureiu. id de ipsis gra
dibus cognitionis aliqua breui
ter declarãda putaui: inter quos
offert se mihi suspitio: ideo quero
10 q̄d est suspitio. Respond. ¶ † Su
spitio est aliq̄lis applicatio ani
mi ad aliquid cũ vehementi titu
batiõe: vel sic. suspitio est motus
quidã mentis ad aliq̄d vehemẽ
ti titubatione. probantur hec. ff.
de testa. l. de statu. non tñ intelli
gas suspitionem istã comprehen
dere suspitionẽ tutoris vt intelli
gatur de illa q̄ñ remouendus est
a tutela vt suspectus: quia illa est
alia species suspitionis. ita dicit
Bal. in. d. l. ea quidẽ. per. l. impu
beribus. §. fin. ff. de suspect. tuto.
11 ¶ † Post hec succurrit presum
ptio: videam9 nunc q̄ est ⁊ quotu
12 plex sit p̄sumptio. Resp. ¶ † Pre
sumptionum plures sunt species
quedã eñ est p̄sumptio hois: alia
est p̄sumptio iuris: alia vero p̄sum
ptio facti: alia autem presumptio
iuris et de iure siue iuris et fa
cti: de quibus vide late Gand. in
d. trac. ⁊ titu. de presump. ⁊ indic.
¶ Presumptio eñ hominis secũ
dũ Bald. ibi est quidã cõceptus
causatus in mente ab aliqua pro
babili coniectura: vt. ff. de verb.
obli. l. continuus. §. cũ ita. ¶ Pre
sumptio vero iuris simplex est si
militudo quedam sufficiẽs ad rẽ
dubiam de qua creditur: vt credẽ
da. C. de cõtrahen. ⁊ cõmit. stipu.
l. i. ⁊. l. iuris gentium. §. quod fere.
ff. de pact. ¶ Presumptio aũt fa
cti est cũ ex facti similitudine ali
q̄d demonstratur q̄d animũ vidẽ
tis ad illud dubitãter applicat.
¶ Presumptio vero iuris ⁊ de iu

re est status a iure promulgatus ex indubia coniectura. hoc pbatur in l. cū ostendimus. in fi. ff. de fideiusso. tuto. sequitur nūc videre
13 quid sit fictio et dic qd. ¶ † Fictio est falsitas pro veritate accepta ex spālissima et iustissima cā in iure expressa vt not. in l. in bello. ff. de capti. et postlim. reuer. et l. si is qui p emptore. et ibi late p Bart. ff. de vsu cap. Argumentū
14 autē sic diffinitur. ¶ † Argumētum est propositio ex aliquib9 existentibus resultans ad propositū respondendū seu cōcludēdū. vnde quando plura indicia vel plures propositiones siue presumptiones testes vel coniecture ad vnā et eandē conclusionē tendūt ad effectum aliquid probandi illa coadunatio siue copulatio ex pluribus in vnum dicitur argumentum quod est proprie collatio plurium diuersorum tendentium ad vnam et eandē conclusionem vt in l. iij. §. idē diuus. ff. de testi. et l. diu9. ff. de cust. reo. ¶ † Aliud
15 indicium probationis siue cognitionis dicitur adminiculum: et istud est duplex aliud est ¶ Adminiculum vehemens: aliud vero adminiculū leue siue non vehemens. ¶ Adminiculum eñ vehemens est suppletio defectus probationis per se solum nō operans sed cum alia pbatione cooperās probatur hoc extra de success. ab itesta. c. fi. et l. c. fi. de iureiu. ¶ Adminiculum non vehemens est aliqualis pars confirmationis veri tendens ad aliquid suspendendū de defectu pbationis: et talia adminicula per se sola etiā plura non sufficiunt: vt. l. ij. §. f. ff. de excusa. tuto. sequitur modo
16 cōiectura q̄ sic diffinitur. ¶ † Cōiectura est acceptio seu reputatio veri ex aliquib9 signis extrinsecis prouenien̄s per que deuenitur ad verū sicut per circulum cōiecturamus tabernā dicit Bald. ibi. et per habitum distinguimus meretricem. l. item apud labeonem. §. si quis virginem. ff. de iniur. et habetur in c. in nonnullis. extra de iudeis. his omnibus opposita sunt nescientia siue ignorantia et error q̄ nesciētia sic diffi-
17 nitur. ¶ † Nesciētia siue ignorantia est intellectus non determinans se ad verū vel falsum. Error aūt est priuatio intellectus determinati ad verum et auriga tendē-
18 tis ad falsū. vt sic. ¶ † Error est priuatio veritatis causata in intellectu p falsā imaginationem. vt pbatur. ff. de testa. l. qd statue. et ff. de iuris. om. iudi. l. si p errorem et l. si quis nec cāu. eo. tit. videamus nūc de verisimili et nō verisi-
19 mili et dic breuiter qd. ¶ † Verisimile est id quod verum videtur et est vero simile vt. ff. d eadul. l. miles. §. mulier. ¶ Non verisimile vero dicit illud quod a vero est multum dissimile. vt. ff. qd met. cau. l. non est verisimile. in princ. vbi fit mentio etiam de p̄sumptione iuris tantum siue hois: sed credo potius quod illa sit qdam leuis presumptio. Postq̄ vidimus de gradibus probationis per quos ascenditur siue peruenit ad plenam pbationem et certam fidem credulitatis: videamus nunc de ipsa certitudine veritatis: et quo quid est notoriū generaliter? Re-
20 spond. fm Bal. ibi. ¶ Notorium est cōio et indubia certitudo rei de qua queritur indubiam fidem

faciens an τ qñ quñd dicatur esse
notoriũ:τ quot homines faciunt
notoriũ vide Bald. ibi qui re-
fert quosdam tenuisse qđ maior
pars populi facit notoriũ:τ quod
in aliqua villa sine paruo castro
minor numerus hominum facit
notoriũ q̃ in ciuitate:τ ideo di-
cit ſm Alber. de gandi. quod ad
sciendum quot homines faciunt
notoriũ hoc est arbitrarium: qr
in dex arbitrabit quot homines
faciunt notoriũ de qua materia:
vide latissime per cano. in. d. c. qli
ter et quando. de accusa. Uidea-
mus modo quid est: probatio in-
telligẽdo de plena. τ perfecta p-
batione q̃ sic diffinitur ſm Bal.
21 ibi. ¶ † Probatio est actus rẽ du-
biam in lucem cognitionis edu-
cens: et hoc notatur. C. de proba.
in rubr. et ibi Bald. Succedit al-
tera species probationis et co-
gnitionis veritatis q̃ dicitur eui
dens τ manifestum. ista duo diffe
runt inter se τ differunt etiam a
notorio vt infra dicam. ¶ Euidẽs
ita diffinit euidẽs est quod mani
feste liquet ſm Bal. in. d. l. ea qui
dem. c. si forte. de elec. lib. vi. τ est
satis diuersum a manifesto τ plus
est quam manifestum. euidens
enim illud est quod palam est o-
culis et semper apparet. ff. de cõ-
trahen. empt. l. ea que. l. nõ codi-
cillũ. C. de testa. τ in. c. euidentia.
de accusa. ij. q. j. c. vt euidenter.
¶ Quod enim in euidenti est nulla
potest tergiuersatione celari et
nullam optat probationem. ex
tra de cohabi. cleri. τ mulie. c. fin.
vide que not. per Archi. in. c. cum
si forte. de elec. lib. vi. Bald. enim
in. d. l. ea quidẽ. diffininit mani-
festũ: sed diffinitio sua mibi non
placet. dicit enim quod manife-
stum est illud q̃ euidenter appa-
ret sequeretur ergo quod mani-
festum esset idem quod euidens
τ tamen est satis diuersum vt p-
xime dixi: τ dicam infra quod mi
nus est manifestum quã euidẽs:
sed secundum diffinitionẽ Bal.
idem esset manifestum quod eui
dens ideo putaui sic esse diffiniẽ
dum. Manifestum est demõstra
tio quedam ex qua vehementer
animus dubius informatur ad
aliquod non tamen tollitur tota
22 dubietas. ij. q. j. de manifesto. † et
hinc est quod dicitur manifestum
indiget probatione. xi. q. iij. c. eo-
rum. euidens autem nulla indi-
get probatione: vt. d. l. ea que. ff. de
actio. empt. vide Joan. and. in. c.
constitutum de ver. sign. lib. vi. et
text. not. in. l. quoniam sororem.
C. de iur. delib. vbi de vtroque fit
mentio: tamen euidens ponitur
pro magis claro quam manife-
stum: vide. d. Alber. de rosa. in. d.
suo in litera. e. in ver. euidens. el
primo τ. ij. Bal. tamen in. d. l. ea
quidem. aliam ponit differentiã
inter ista duo dicens quod eui-
dens dicitur id solum quod ap-
paret per oculorum inspectionem.
vt. ff. fini. regũ. l. si. irruptione. §.
ad offi. τ idem Bal. in rub. C. de
23 probat. dicit † q̃ illa dicitur pro-
batio per euidentiam facti quã-
do res subijcitur oculis iudicis.
Manifestum autem largius dr.
s. omne id quod nobis innotescit
per quecunque sensum corporis. s.
visum auditu sicut est sonus cãpa-
ne aut alium sensum: vt. l. j. §. de-
cisorum. ff. ad sylla. de quibus sen-
sibus habetur in. l. eum. §. penult.
ff. de aquir. poss. ¶ Differũt etiam
ista duo

ista duo secundum ipsum a notorio: quia manifestum vel euidens est illud quod vni tantum vel pluribus patet: notorium autem esse nō potest nisi toti populo vel maiori parti publice innotescat vt supra late diximus & no. in. c. vestra. & ibi Inno. de cohabi. cleri. & mulie. ¶ Et per hec sum expeditus de istis gradibus seu adminiculis probationis ac de speciebus plene seu perfecte probationis qui quidem gradus & adminicula probationis a quibusdam appellantur indicia non plena & dubitata per que animus iudicis deducit quandoque in suspitionem quandoque vero in opinionem que magis est propinqua indubitate fidei quam suspitio secundum Bar. in. d. l. admonendi. ff. de iureiu. ex quibus tamen indicijs dubitatis nō datur iudici indubia fides et firma credulitas: sed quedam suspitio quandoque ex qua iudicis mens satis dubia reperitur: & isto casu non facile deueniendum est ad torturam maxime si persona sit honeste conditionis: quia ista suspitio est primus gradus probationis & minus quam semiplena probatio secundum Bart. in. d. l. admonendi. in glo. mag. Quandoque vero indicia sunt talia que adducunt animum iudicis in opinionem que est secundus gradus probationis secundum Bar. ibi. ex qua animus iudicis multum dependet in illa parte non tamen est plene certus. & ideo isto casu deueniri solet ad torturam que datur in supplementum probationis in causis criminalibus quando veritas aliter haberi nō potest vt per Bar. in. l. fi. ff. de questio. quia tormentum illud fuit inuentum causa necessitatis & in supplementum probationis: vt dixi quotiescumque reus est valde suspectus contra quem laborant indicia vt dicit Panor. in. d. c. cum in contemplatione. in princi. de reg. iur. & Bal. in. l. ij. C. quor. appel. non recip. idem Bal. in. l. milites. & l. fin. C. de questio. Bar. in. l. j. in princ. & §. diuus. & l.

2 4 fi. ff. de quest. ¶ Que autem dicuntur esse legitima indicia dic quod illa sunt que sunt proxima facto quam quanto propinquiora sunt tanto sunt meliora. l. j. §. preterea. & l. de minore. §. tormenta. ff. de questi. et ibi per moder. Que autem indicia dicantur esse sufficientia ad torturam certa regula tradi nō potest: sed hoc relinquitur arbitrio & discretioni boni iudicis secundum quod dicit Azo. l. d. sum. de questio. vbi dicit quod nō debet iudex reo adhibere tormenta quanta accusator exposcit: sed quanta moderate rationis temperamenta desiderant: idem dicit Barto. in. d. l. fi. ff. de questio. in prin. dicit tamen Abb. in. d. c. cum in contemplatione. quod licet super hoc an & quando indicia dicantur esse sufficientia ad torturam certa regula tradi nō possit arg. l. testium. §. tu magis. ff. de testi. & l. de minore. §. fi. ff. de questi. tamen dicit quod omnes doc. tenent quod vnus testis de visu facit indicium ad torturam: intellige tamen quod sit testis fide dignus nō suspectus & omni exceptione maior secundum quod dicit Bar. in. d. l. fi. & Bal. in. d. l. ij. & ita communiter tenent doc. Bonus itaque & discretus iudex cuncta circumspiciet: & iuxta criminis qualitatem facti contingentiam conditionem persone & abundantiam indiciorum consi-

derabit an ad torturam ipsam deueniendum sit: ⁊ casu quo ad illã deuenire contingat iterum mature cõsiderare debet qua grauitate leuitate vel moderamine veniat inferenda iuxta notata per Azo. in d. sum. de questio. §. quantum moderate rationis temperamenta desiderant. aliter enim sunt torquendi iuuenes robusti: ⁊ alio modo debiles delicati vel senes: alio modo rusticꝰ vel miles: ⁊ alio modo ciuis: alio modo nobilis: ⁊ alio mõ ignobilis ⁊ plebeus. l. de minore. §. tormenta. ff. de questio. ⁊ l. f. §. fi. eo. tit. Bart. in d. l. fi. eo. tit. Bald. in d. l. ij. C. quor. appel. nõ reci. ⁊ idẽ Bal. i. l. milites. ⁊ l. fi. C. de q̃stio. Abb. i. c. cũ i cõtẽplatiõe. de re. iu. i. antiq.

¶ Summarium.

1 Tortura multos gradꝰ habere dicitur.
2 Torture primus gradus q̃s sit.
3 Tortura dicitur a terrendo.
4 Primus gradꝰ torture non dicitur ꝓprie tortura: sꝫ potiꝰ terror.
5 Torture secũdus gradus q̃s sit.
6 Tortura leuis ꝓ nulla ẽ habẽda.
7 Tortura leuis non impedit grauiorem nouis ⁊ vehemẽtibus indicijs accedentibus.
8 Priuilegium de se non torquendis habentes quibus tormentis subijci possint.
9 Torture tertius: quartus: et quintus gradus qui sint.
10 Tortura in quito gradu dicitur grauior pena ꝙ̃ vtriusq̃ manus abscissio.
11 Tortura quo remedio nocere nõ dicatur.
12 Maleficia contra torturas adinuenta / alijs remedijs repelli possint.



1 Uarto nunc videndum est de istis quinq̃ gradibꝰ torture de quibus. s. fit mentio quomodo cognoscũtur ⁊ qualiter inferunt? Respõd. declarando primum gradum incipiemus a minori vel infimo ascẽdendo veluti per gradus scalarum reducendo materiam ad practi-
2 cam dico qđ. ¶ Primus siue infimus gradus torture est territio illa quam infert iudex reo quando illũ cognoscit suspectũ tamen indicia nõ adsunt talia vt torqueri possit: isto casu iudex mandat quandoq̃ reũ ipsum spoliari ligariq̃ ⁊ in ordine poni ac si vere torquendꝰ esset ⁊ quãdoq̃ ligari mãdatur ad funiculum: ita vt nihil aliud deficiat ꝙ̃ sola eleuatio et hoc fit ad incutiendum timorem reo vt facilius fateatur stantibꝰ maxime iudicis persuasionibus. Et ista proprie non dicitur tortura: q2 vere corpus nõ torquet nec sentit dolorem: sed potiꝰ est quidam mẽtis timor ſm Bal. in d. l. ij. quor. app. ⁊c. ⁊ in. l. ij. C. de cõfes. vbi dicit quod cõfessio facta a reo in istis preparatorijs tormẽtorum cum sit facta ⁊ extorta propter timorem tormentorum indiget ratificatiõe ac si facta fuisset in plenis tormentis alias nũquã sufficeret ad condẽnationẽ. vide Ang. ⁊ Sali. in d. l. ij. ⁊ Sali. in l. fina. C. de questio. Bart. in l. f. §. siquis vltro. ff. eod. titu. vide not. tex. in l. ij. C. de custo. reo. q̃ loquitur ꝓprie de hac ratificatione q̃ fit apud acta sub publico testimonio. ⁊ dicit Imperator ibi ꝙ isto modo frenique iudex temperies iudicibus immodice seruiẽtibꝰ ad-

hibetur. Iste autem actus vt dixi
non potest dici proprie tortura vt
proxime diximus: sed appellatur
proprie tertio siue terror tormen-
3 torum. ¶ †Largo vero sumpto
vocabulo ⁊ improprie posset di-
ci tortura prout quidam descri-
pserunt hoc nomen tortura que
dicitur a terrendo: sed isto modo
terretur ergo ⁊c. vel dicas quod
licet corpus vere non torquetur.
animus tamen bene torquetur:
⁊ timoris patitur cruciatus: ⁊ sic
